Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

KW
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

DISSERTATIONES DE INDVCIIS BELLI BELGICI.

In Quibus

I. ER. PVTEANI de Induciis Belgicis Diſſertatio Politica.

II. Ejuſdem STATERA Belli & Pacis.

III. IVSTI LIPSII EPISTOLA, qua ſuadet bellum, pacem, inducias Regi Hiſpano cum Gallo, Anglo, Batavis.

IV. In eam NOTÆ ſeu ſtricturæ Politicæ.



Koninklijke Bibliotheek 's Hage

LVGD. BATAVORVM,
Ex Officina Elzeviriorum.

cIↃ IↃC XXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ERYCI PVTEANI DE INDVCIIS BELGICIS DISSERTATIO.

Ad Clariſſimum Ampliſſimumq;

D. FRANCISCVM DE PAZ,

Sereniſſimorum PRINCIPVM ALBERTI & ISABELLÆ Archiatrum.

QVAM *arduum fuit, Vir Clariſſime, ſuadere Pacem hominibus bello aſſuetis; tam opportunum, Induciis paciſci, quas hic laudo. Durabunt illæ bono publico, ſi Optimus* PRINCEPS *noſter diurnabit. Atque tantum beneficium doctiſſima feliciſſimaque induſtria tua extendet, qua conſervare nobis hactenus* PRINCIPEM *potuiſti. Ab illo dependemus omnes, in illo vivimus: ut mihi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

quidem videaris, dum Capiti medelam adfers, ab univerſo corpore, & à tot populis mœrorem, morbum, mortem depellere; Inducias ſtabilire. Ergo quanti eſt, annare & perennare PRINCIPEM, *tantum virtuti tuæ omnes obſtringimur: facis, quod cum omnium ſalute conjunctum eſt.* Iam vero Diſſertatio hæc mea ejuſmodi eſt, ut nec publicè videri debeat, novæ libertati minimè propitia; *nec ſupprimi poßit, plurimis, poſtquam habita fuit, lecta. Itaque quæſivi modum, quo latere poſſet, quæ cœpit vivere; non mori, quæ non infimum ſibi inter Orationes meas locum vendicabat. Quæſivi, & inveni; ſi tuam facerem, & luculentißimæ Bibliothecæ tuæ inſererem, illi non minùs pulchræ quàm copioſæ, non minùs æternitati quàm uſui inſtructæ. Quare recipies, Vir magne, libellum velut exulem, in illa tua mœnia, meque hoc pignore obſtrictum magis habebis.*

ERYCI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ERYCI PVTEANI DE INDVCIIS DISSERTATIO.

NEMO, ut opinor, tam lævæ aut inauſpicatæ mentis eſt, ut in publica lætitia mœroris ſibi legem imperet; aut tam alta preſſus temporum nebula, ut ad repentinum & ſerenum Salutis jubar non exſurgat. In Belgica bellum eſſe deſiit: remota mala, quæ cum ferre diutius non poſſemus, hactenus traximus: bis miſeri, quòd & in calamitate reſpirare contigit, ut diutius pereundum eſſet; & in cauſſa, ferendo nihil promotum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

nunc bis felices ; quòd tulimus, quantum conſtantia impoſuit; & quòd evaſimus, quidquid funeſta Erinnys minata. Res mehercle ſomnio ſimilis, niſi & ipſa cum felicitate quies exulaſſet: imò ſimilis, quia è diuturno malorum lethargo videmur excitati. Vitæ vigiliæque hæc auſpicia ſunt, quia Concordiæ; & frui nunc demum vita dabitur; Martis illo terrore & metu amoris: frui felicitate, poſtquàm BELLI FERIAS Deus conceſſit. In manifeſta lætitiæ ſigna ante pauculos dies Urbs & Academia noſtra effuſa, publicam à longo exilio redeuntem vitam & felicitatem excepit; & illuſtrem quoque ignibus noctem fecit, more ſeculi, ne quid è Salutis Natali, tenebræ delibarent. Tacitæ igitur, & velut attonitæ Trilingues noſtrę Muſæ, ſpectarunt inſolito affectu exul-

exultantem Urbis & Academiæ Genium, ut vocem animumque colligerent, & opportuno ſermonis ſubſidio reſidentem velut hilaritatem renovarent. Etenim INDVCIARVM lætiſſimum nomen, ſi gratum aliis acceptumque, nobis Sanctum eſſe debet, qui caſta eloquii religione Mercurium colimus, cui linguas Antiquitas conſecravit, & Muſis caduceum addimus, velut ſignum Pacis. Deæ noſtræ feminæ, imò virgines ſunt; nec vegetæ, niſi cùm tranquillæ. Ac ſanè in hac potiſſimùm Schola, velut linguarum æde, loqui de INDVCIIS fas erat, ubi Pacis mitiſſimæ artes edocentur: me verò ſilere nefas, qui quotidie hîc loquor: nefas, cùm de iiſdem alibi nemo non loquatur. Forum, vicos, ipſa mœnia hi jam ſermones habent. Senes, pueri, viri, feminæ, judicium ſuum

interponunt: quid ni & ego meũ? Ut ſuum quiſq; affectum promat, diſſerit; quid ni accedam? Lepidum quidẽ Diogenis factum haud illepidè videbor imitari. Is enim, cùm Corinthi eſſet, & ad famam adventantis cum exercitu Philippi, cives omnes in munienda urbe occuparentur, ſeriò dolium ſuum volutare per Cranium cœpit, & habitationem huc illucque transferre. Mirari familiares, & inquirere, quid ageret. *Voluto & ego dolium meum*, inquit, *ne ſolus feriari videar inter tot occupatos.* Nimirum, cepit negotium, quia non acceperat: & ego capio, ne ſolus mutus inter tot loquentes videar, aut tanquã Comicum ſatellitium cum ſilentio incedam. Quid dicturus autem? & quod dolium impulſurus? fragile profectò, quia per aſperam & ſcrupoſam viam: hujuſmodi res poli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ticæ ſunt: & quid niſi in præmium fragmina teſtæ collecturus? Voluttare tamen juvat, & animo obſequi; non tam ut eloquentiam, quã ut in publica lætitia meum quoque affectum oſtendam. Talem igitur nunc orationem dabo, officio deſtinatam, & libertate quadam confuſam atque exundantẽ. Ut enim rivi imbribus tumefacti, non coërcentur riparum, ut ſic dicam, jugo, ſed in campos agroſque ſe effundunt: ita animum lætitiæ quidam æſtus ſtimulat; & ſpretis ſeverioris methodi anguſtiis, indomito curſu oratio fertur, non tam rerum ordinem, quàm dicentis impetum ſequens. Parum etiam læta ſermonis iſta Suada ſit, niſi erranti luxurie diffluat. Scopus tamen, in quem tota dictionis ſeries collineanda, iſte; ut *glorioſas Regi, Principique noſtro* INDVCIAS *laudem*; ut *Patriæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſalutares; &, quæ ſumma eſt, ut *Bello meliores*.

Res neque nova, neque mira, belli furorem quietis aliqua mora ſuſpendere; &, cùm dubiam victoriam arma faciunt, Pacis imagine Fortunam experiri. *Acerrimi ſæpè populi, quia vinci non potuerunt, victi ſunt, poſtquam ad otium & quietis ſtudia converſi.* Vejentes olim INDVCIAS à Romulo imperii conditore in centum annos; à Senatu deinde Populoque libero in quadraginta acceperunt. illi tamen, quia rebellare iterum auſi, Marte vindice, deleti ſunt. *Fuiſſe quis meminit?* Flori verba pono: *quæ reliquiæ? quod veſtigium? laborat annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.* Volſinienſibus quoque INDVCIÆ in viginti annos, Cæritibus in centũ datæ, & arma tandem Romanis faſcibus ſubjecerunt, non movenda.

Fruſtra

Fruſtra exempla cumulo, paſſim obvia, & tamen illuſtria. Deus ipſe, ſummus ille Concordiæ auctor, negotium hoc gerit; *& ad victoriam ſine clade ducit*, qui victoriæ concordiam antehabuit. Pacẽ bello præferre proclive eſt: pacem victoriæ, magnæ virtutis opus. Boni auctor Deus eſt: concordia, inter bona. Felicitatis ac fortunæ ſuæ prodigus, qui ſolam in armis ſpem victoriæ ponit. Furor eſt, cùm conditionibus licet, velle ſanguine paciſci. Funeſto exitu hoc ipſum Pœni docuêre. Pudebat fœderis, & in cauſſam belli Saguntum deleverant. Igitur Carthaginem legatus miſſus Fabius, de injuria expoſtulavit. Pœnis verò tergiverſantibus, *Quæ*, inquit, *mora eſt? In hoc ego ſinu bellum affero & pacem: utrum eligitis? utrum placet, ſumite.* Cumque ſuc-clamatum eſſet, *Vtrùm vellet, daret;*

Bellum

Bellum igitur, inquit, *accipite*; &, excuſſo togæ gremio, nõ ſine horrore, quaſi ſinu bellum ferret, effudit. Sic igitur, colliſus uterque populus, mutuis ſtragibus magnam orbis partem impleverunt. Confecti Pœni, qui Martem quæſierant; attriti Romani, qui dederant. Tanta utrimque damna, *ut ſimilior victo fuerit populus qui vicerat*. Quod bellum, & quibus cauſſis ſtimulatus potentiſſimus Rex noſter geſſerit, ſcimus. Vincere poterat, quos diuturnis armis oppugnavit, ſolam ſi victoriam ſpectaſſet. Noluit: plus civiũ ſaluti, quàm potentiæ ſuæ tribuit; & imperium contraxit, ut viciſſe clementia videretur. Quid opus longis ambagibus rem & ſententiam torquere? *Novum victoriæ genus, & triumphi argumentum commentus eſt, non vincere.* Quod Deus voluit, & princeps noſter, ille Bo-

nus & Pacificus, ille ab omni Poſteritate dicendus, ſuaſit, idip ſum fecit: Belli flammam compeſci utile cenſuit, & accenſas longa hoſtilitate irarum cauſſas. INDVCIÆ igitur factæ, conditiones ſcriptæ & promulgatæ, quibus hoc potiſſimùm actum; ne hoſtes eſſent, qui ſubditi recuſabant: ut quamdiu otium, etiam libertatem haberent. *Hanc autem vindicare auſi; ut fruendo, quàm à libertate abſint, experiantur; ſervitutem inventuri, cùm viſi evaſiſſe.* Sub bono Principe veriſſima libertas eſt; niſi optimis vivere moribus legibuſque ſervire ſit. Liberti ut plurimùm eſſe volumus; ſed ne ſimus: vitiis ſceleribuſque impunè indulgere. Miſerrimus eorum ſtatus, qui plurium, & plebejorum, & quod ſequi ſolet, popularibus odiis diviſum imperium patiuntur. In divinis humaniſque Monadis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

dis majeſtas eminet , & regimini apta : in familia pater , in grege Dux, in Republica Princeps, in univerſo Deus : at multitudinem imperantium nunc avaritia collidit, nunc ambitio , nunc alia cupiditatum monſtra. Hydra ſæpius in Democratia inventa, & quod Demoſthenes ajebat, *bellua multorum capitum*. Romani quomodo non jactati , cùm Tribunitia poteſtate laſcivire plebs cœpit, & munerum diſtributionem , juſque ſuffragiorum uſurpare ? Hinc largitiones , corruptelæ, factiones; & totus ille Reipublicæ ſtatus ambitu , velut peſtilenti morbo , infectus. Non virtute, modeſtia, induſtria; ſed largitionibus , maliſq; artibus ad honores quiſque properabat: atque hi deinde, ut recuperarent quod profuderant, converſi ad rapinas , omnem ſibi nocendi audaciam indul-

dulgebant. Sibi? imò aliis, ut ſceleris conſortes haberent, viamque ſtruerent ad impunitatem. Sic igitur internis malis ſtatus ille libertatis inhorruit, fœdiſque obſeſſus morbis, curari niſi unius iterùm imperio non potuit. Ita etiam natura comparatum eſt, ut ab uno homines libentiùs, quàm à pluribus regantur: quemadmodum unum aliquem habere bonum facilius eſt, quàm plures. Sic Princeps naſcitur, ſic inſtituitur, ſic vivit, ut virtutes familiares habeat, imperio præſit, bonitate, juſtitia, clemẽtia, proſit. At verò noſter ille talis, vel conſenſu hoſtium; & quem flagitare votis velimus, niſi habeamus. Optimus eſt, clementiſſimus eſt, & quid niſi tanquàm clarum Sidus, cujus ortu omnes ſævientium malorum nebulæ, nimbi, nubes pellantur? Quibus non procellis

cellis agitati, & turbinibus, quadraginta hos & amplius annos! Non ſuo in ſanguine, non alieno merſam jam Belgicam, mirum ſit, & poſt tanta vulnera attollere caput poſſe, ut reſpiret. Triſtiſſimi belli diuturnus horror, in Martialem aliquem ludum verſus, pænè delevit quidquid promittere ſalutem poterat; ut planè divino auxilio ſalvi eſſemus. Cædes, ſanguinemque ſpectare mutuum, familiares oculorum deliciæ erant: patrare, & fundere, virtus, imò decus. Majori cum violentia, an turpitudine colliſi ſimus, dubites. Crudelitatis promiſcuam ſcenam Mars ille βροτολοιγὸς ſpectandam orbi terrarum exhibuit; privata ſcelera belli velo adumbrata, armorum libertate funeſta. Quiſque ſuam, ego meam, urbiſque meæ fortunã ſuſpiro, & communi nomine exclama-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

clamare cogor: Tot mala ſuſtinuimus, nec cecidimus? tot hoſtium telis petiti ſumus, nec dejecti? toties oppugnati, neq; victi? Sed & univerſe dicã: tot vulnera toto reipublicæ corpore, Regis, Principis, & Religionis cauſſa excepimus, & vivimus? Imò hoc vivere non eſt, trahere ærumnas, ut feras; aut ferre, uti trahas. Certaſſe animi & calamitates Belgarum videntur, plus illi ferendo, an hæ inferendo poſſent. Extremæ miſeriæ exempla dedimus, apud omnem poſteritatem victura; & conſtantiæ, vix in Antiquitatibus invenienda. Tam diu duraſſe mala, incredibile ſit; niſi divinũ pectoribus ineſſe Belgicis robur fateamur: aut fuiſſe dubium, qui tam diu ſuſtinerent; niſi minora mala ipſa æſtimentur. Sic aut virtus noſtra fidem non inveniet, aut calamitas; & nihil paſſi videa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

videamur, ſi robur cenſeatur; aut evileſcat omnis gloria, ſi quæ paſſi, in examen notitiamque deducantur. Sed nolo referre triſtiſſimi belli diram imaginem, ne funeſto ſermone lætiſſima redeuntis felicitatis auſpicia violem. Suſtinuimus ---*quidquid Diſcordia juſſit*, ſed ſuperavimus: è profundo miſeriarum, repentina rerum mutatione, emerſimus; omniſque in tranquillitatem tempeſtas cõmutata. Deus compoſuit hos fluctus. Dei inſtinctu ipſe Rex & Princeps noſter; &, repreſſis tumultuum undis, Alcidonia Belgicæ reddiderunt: quæ felicitas è tranſactis laboribus ærumniſque æſtimanda eſt, ut amare Solem poſt nimbum auramque hibernis tempeſtatibus hiſpidam ſolemus. *Refulſit*, ut cum Vellejo dicam, *certa ſpes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis pa-*
trimo-

trimonii, omnibus hominibus ſalutis, quietis, pacis, tranquillitatis. Imò affulſit certa ſpes inſtaurandæ religionis, cultuſque divini, qui in multorum animis purus putus delituit, & nunc ſe exſeret, occaſione libertatis. Quid caligo hæreſios poterit, novitatis illa aura (qua ſola ſe inſinuat) pridem detrita? Ignes bonorum vivunt, & faces, & incrementa Patrum dogmata capient, ubi priùs extincta. Atque hoc beneficium ego Principis dico, & velut divinum veneror; cùm Princeps ipſe imaginem Dei ſuſtineat, in multorum ſalutem excubet, Juſtitiam incorrupta manu adminiſtret, Pacem & Concordiam reducat. Audebo effari: Deum Princeps agit, qui ſalutis & ſecuritatis auctor, publicam Chriſtiani ſanguinis lanienam, datis INDVCIIS, ſuſtulit. Ergò & crudeles Furiæ, & cruenta Bellona abiit; Humanitas, Fides, Integritas, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

tas, & virtutum ille chorus, longo ab exilio revocatus. Sic jam ſalutari tropæo, deſierunt funera, & ferrum civile intepuit, & amabili fœdere junctæ dexteræ, quæ armorum antè furore miſcebantur. Numen adeſt, ſalvi ſumus;

Noſtriſque ductum ſeditionibus
Bellum reſedit.

O lætum & inexſpectatum diem! O bonum Principem, à quo iſte fluxit, nocte miſerrimi temporis tandem profligatâ! Martialis olim Druſi manus tam lætam Germaniæ pacem dederat, *ut*, Floro ſcribente, *mutati homines, alia terra, cœlum ipſum mitius molliuſque ſolito videretur*: dabit & Belgicæ noſtræ illa ALBERTI clemens, juſta, pacifica manus, & ſic verè victrix. O ſalutare omen! quod INDVCIÆ non falſa nobis imagine adumbrant.

Tutus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas,
Pacatum volitant per mare navitæ,
Culpari metuit fides.

Itaque redibit jam villis agriſque fertilitas, urbibus honos, Patriæ ſecuritas: redibit moribus candor, animis integritas, bonarum artium ſtudiis vigor, Religioni majeſtas. Exhorruiſſe hactenus diram belli tempeſtatem Tellus videtur: nunc laxatura benignum ſinum, rebus pacatis; &, felici rerum proventu copiam effuſura, è viſceribus ſuis meliores arbores, fruges, herbas animabit. Poſt gravem velut hiemẽ omnis amœnitatis ſe ubertas effundet. Nemo frontem rugis aſperet, aut triſtitiæ caligine animum obnubilet: in publica gaudii luce hilaritatem fugere, id verò eſt in publica commoda peccare. Abeãt

etiam ſileantque, qui nullas ſubditis INDVCIAS concedunt: hoc ipſum quoque eſt importuna prudentia ſapere; & quid, niſi factum Principis, conſilium Chriſtiani orbis vellicare? Salus populi nullam Principi notam affigit. Ille quid Sereniſſima dignitas, quid Regia majeſtas pateretur ſcivit; & cum INDVCIIS libertatem adverſariis indulſit, ut calamitoſi belli onere cives liberaret. Quemadmodum cùm membrum aliquod gangręna aut herpes virulento ulcere depaſcit, ad ferrum, velut tutiſſimum remedium imus, & ſecamus: ita à ditione imperioque Auſtrio una alteraq; provincia ſegreganda *tantiſper* fuit, ut reliquum Belgicæ corpus tutum & incolume ſervaretur. *Segreganda, ut mox feliciori nexu (omen meum eſt) jungatur*. Bene ſpero, non poterit ille venter à capite reliquiſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

que artubus diſſidere. Pace tandem fiet, quod bello nequivit: redibunt, qui domari noluerunt: cùm timere arma deſierint, imperia ferent: & quem nos Patrem habere intelligent, Principem non detrectabunt. *Cùm arma infelicia ſunt, & in campis difficilis victoria; conſiliis & in curia dimicandum, ut hoſtes debellentur.* At petiimus pacem, quos dare oportuit. Petiit & Pyrrhus olim, ille prœliis jam aliquot victor Romanorum: neque tamẽ obtinere à victis potuit. Sed hæc felicitas noſtra, quòd non unus nobis Cyneas cõtigerit: hoſtibus autem Appius aliquis Cæcus opus non fuerit, qui conſilia omnia pacis atque INDVCIARVM diſſiparet. Quid autem, Dii boni? tantopere neglectam belli aleam quiritamus? *ſic pugnatum hactenus, ut timere cœperimus, quos deſpeximus.* quaſi, nimia

ſi, nimia mora militiæ, diſciplina, & ſic felicitas conſenuerit: *contrà, hoſtium potentia noſtris interim viribus creverit, terra marique formidabilis; quia conſilio nixa, ordine, concordia, cura.* Sanè haud facile vinci, aut victum iri potuiſſe Batavos, tot jam annis cladibuſque, cum totius pænè patriæ ruina experimur. Quid miramur? Romanorum olim imperium provocare iidem auſi, & laſſare validi, Auguſti & Veſpaſiani ævo: atque id quo que ut libertate fruerentur. *Deci piuntur nomine, ut nunc quidem rerum ſtatus eſt, & neceſſitas; in libertate libertatem nequaquam inventuri.* Fri geant paulliſper arma; & INDV CIÆ Pacis illices, ferocia illa pe ctora mitigabunt. Redibunt ad o ficium cùm urgeri deſinent: quic ti, vanæ libertatis vota damnabũ Eo enim pleræque gentes ingen
ſun

ſunt, ut imperium detrectent, ſi cogantur; ultrò ſubeant, ſi arbitrii ſui eſſe incipiant ac juris. Acriores libertatis faſces ſecureſq; ſentient, ſceptro ac diademate remoto; nec plurium ſeveritatem ſufferent, qui unius imperium horruerunt. Iam dixi, nihil difficilius eſſe, quàm à pluribus regi: qui ſi Optimates ſunt, odiis novo in ſtatu collidun-tur: ſi Plebeii, factionibus ac ſedi-tionum procellis. *Quam conceßimus libertatem, plerique non capiunt:* alii, qui rectam ad ſcelera viam ape-riunt, impunitatem interpretabun-tur. Quot membra, tot capita in nova illa Republica, non Republi-ca, in corpore non corpore, quip-pe forma deſtituto: eminere duces factionis volent, & togæ trabeæq; molientur inſignia, qui ſago excel-luerunt. *Sed non diſputo ſubtile hoc politicæ rei ſchema; nequis obtectam*

fallaciæ involucris fidem INDVCIARVM *ſuſpicetur.* Solam Patriam reſpexit Rex Princepſque, non quid obeſſe hoſtibus poſſet, ſed quid civibus prodeſſe. Hos beatos habere nequivit, niſi illos ſocios paulliſper, & amicos: amicos autem ſola cóceſſio libertatis fecit. Hanc quia propugnaſſe hoſtes viſi, petierunt: *& quid aliud, quam ut diſsidere otioſe poſſent?* Odia hactenus cineribus tecta fomenta ſua accipient, &, remoto obſtaculo, in bella inteſtina exardeſcent. *Latuiſſe haud mirum: commune periculum coërcuit, & in unum hoſtem direxit.* Alioquin malè compacta corporis hujus membra malè compingéda; provincia provinciæ infeſta, urbs urbi, civis civi, & nuper veteribus morum juriumque diſſidiis *contentioſum illud Regionis acceſsit:* quod ſi liberum cuique, concutitur infirmis radicibus ena-

ta Reſpublica; ſi reſtrictum, periclitatur. Res docebit difficilem Popularem ſtatum eſſe, unius imperio & regimini adſuetis. Nam ſi veteres Annales repetimus, Principes ſuos ab omni memoria Batavi, Friſii, Mattiaciq; habuere. Principes, ſed diſtinctos: atque ſic tamen infeſtis armis ſigniſque ſævičtes, continui aut invenerunt belli cauſſas, aut fecerunt; donec ſub uno tandem capite felici nexu coaluerunt. Sed hæc felicitas diuturna eſſe non potuit, quibus neſcio furiis concîſa. Poſtquam religionem ſpernere auſi, Principem, id eſt, ſecuritatis & quietis publicæ fulcrũ Deus negavit. Sed reddet idem Deus; *cupient ipſi, & paullatim Religionem reſtituent, uti Principem mereantur.* Atque ego iſta in eam nunc ſententiam diſputo, ut triſtem eorum opinionem emolliam, qui IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

DVCIARVM pactione ſe affligũt, quaſi cum damno aut nævo publico factæ ſint. *Concedi, inquiunt, libertas non debuit. Imò debuit, ut quàm à libertate abſint, experiantur.* Reſtricta etiam illa, & paucorum annorum limitibus definita, illæſum Regis Principiſque nomen reddit. Quid? *legimus olim victos quoque à Romanis hoc beneficio affectos, & inuſitato clementiæ genere libertate mulctatos, qui infeliciter pro eadem pugnarant.* Fecit T. Quinctius, ſuperato Philippo Rege, & *Græciæ veterem ſtatum reddidit, ut legibus viveret ſuis, & avitâ libertate frueretur.* Et quæ tunc gaudia, quæ vota liberi populi! ut jam ſervire optaverint Dominæ urbi, ne bis victa Græcia videretur, bello, ac deinde beneficio. Sed quod ad noſtrum inſtitutum attinet: quem Martis favorem promittere rebus noſtris poterant, qui ab INDVCIIS abhor-

abhorrent? Hoſtilia vota doloris iſte affectus indicat. Quid ni dico, & fabula rem expono? Apud Homerum cùm in Vulcani vinculis Mars eſſet, & reliqui riſu dij ſolverentur, ſolus Neptunus nubilo ac maritimo adſtabat vultu, deumque artificem pro libertate captivi precibus urgebat. Neptunus quid niſi hoſtis, maris præſidio ferox, & claſſe minax, & bello addictus, omnem in libertate fortunã armorum ponens? At Vulcanus cauto reſponſo rejecit petentis votum, mentemque ſuam explicuit: quaſi nec conſtringere Neptunum poſſet, ſi Martem ſolveret. Sic ſe res habet: *Vinciri Mars debet, ut Neptunus coërceatur: arma quieſcere, ut hoſtes debellentur.* Etenim mea ſemper ſententia fuit, ſatis quoſdam vinci populos, ſi pugnare deſinant. Et tamen indulge plenam potentiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Regię Felicitatem; proſperum finge longi tandem belli eventum: quid niſi damnoſam victoriā feceris, quia tardam? qui niſi ut victi videamur, cùm vicerimus? quid niſi

Bella geri placeat, nullos habitura triumphos?

Si habitura tamen, magno emendi erant, quia ſanguine civili; acerbi etiam Principi, quia cum vulnere, pænè funere Patriæ univerſæ. Lubet autem examen rerum in ſeveriore caſtigare trutina, & ab eventu loqui. *Cum minimis inſulis maximum hactenus bellum fuit, & neſcio an ab orbe condito tale. Potentiſſimo Regi Neptunii aliqui homines reſiſtere auſi; quia non ſuis, ſed orbis pænè viribus pugnârunt. Succumbere poterant, niſi magnis auxiliis Regum, Principum, Populorum ſtetiſſent. Sed (quæ conſpiratio fuit) Bataviam non vinci, Europæ ſcilicet interfuit; & ad commune velut incen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

cendium Britanni, Galli, Germani, ne plures nominem, confluxerunt; in unum mare diverſi amnes. His præſidiis muniti hoſtes, & mox feroces, feliciter ſuſtinuerunt armorum noſtrorum impetum; & quoties non fregerunt! *Eo verò etiam potentiæ evecti, uſu, labore, induſtria, prudentia, calliditate, ut ſuo deinceps Marte (ſi hanc aleam ſubeant) tuti atque intrepidi videantur. Gallicana enim, & Britannica deinde pace factum, ut domeſticis etiam viribus bellare didicerint, auxiliis paullatim reciſis; atque adeò Oceani vaſtiſſimum imperium vindicare tentaverint, audaci in diſsitas orbis terras itinere patefacto.* Si rectè res putanda eſt, aut confici tota Regis potentia debuerunt, aut lento ampliùs bello non ſtimulari. Inferre deinceps injuriã poterant, quia propulſare: ſic ad nocendum prorumpit audacia, cùm, diſcrimine ſuperato, tutam

rebus adſtruxit ſecuritatem. *Itaque armatus furor, opportunis velut belli feriis leniendus fuit; ut per quietem robur & hoſtilitatem ferocientes concoquerent, & ad perennem faciliùs pacem inclinarent.* Hæc mens conſiliumque Optimi PRINCIPIS, finē belli INDVCIIS, quàm armis quærere; lenitate, quàm impetu aut ſeveritate. *Id autem Fata ſi negaverint, integer nobis Mars erit, vires ad rem promptiores, nec deſerta belli cauſſa, ſed ſuſpenſa.* Sic enim Antiqui INDVCIAS definierunt, *quaſi ex pacto inde ut jam. Vt ad diem certum* (verba A. Gelli) *non pugnetur, nihilque incommodi detur, ſed ex eo die poſteà uti jam omnia belli jure agantur.* Quid dico? Deus aderit, Pax ſequetur,

----Pax optima rerum
Quas homini noviſſe datum eſt: pax una triumphis
Innumeris potior: Pax cuſtodire ſalutem,
Et cives æquare potens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Ab INDVCIIS ſperare incipimus, & his nunc velut gradibus ad plenam tranquillitatem imus. Repentè transferri, periculoſum, imò noxium eſt. Ut enim in morbis ſecura illa pharmaca ſunt, quæ paullatim ſanguinem corrigunt, & valetudinem velut volentem reducũt: ſic in republica pax certior, quæ mitigat priùs diſſidentium exulceratos animos, quàm ſociat; & aptat priùs, quàm jungit. Bellum autem, quid niſi publicus morbus eſt? Pax, quid niſi publica ſanitas? Via à bello ad pacem INDVCIÆ ſunt, &, quod nomen indicat, huc ducũt. Sic enim malo, quàm quod Aurelio Opilio placuit, dici INDVCIAS *cùm hoſtes inter ſeſe utrumque utroque alter ad alterum impunè, & ſine pugna ineunt; inde ab eo nomen eſſe factum, quaſi initus atque introitus.* Deinde, quis non toto adhuc armo-

rum ſtrepitu circumfuſus, horrore ſtipatus, aut inſolitum ſubitæ concordiæ vultum perterrefaciat, aut ipſe certè expaveſcat. Nimirum, ut corpori humano obſit, à canæ hiemis frigoribus, in adultum caniculæ æſtum, aut cõtra, transferri, Veris Autumnique ſalutari temperie ſublata: ita animo, ad contrarium pugnantemque rerum ſtatum duci. Veris imaginem INDVCIÆ habent, & promittunt amœnâ velut temporis pueritia floridaque indole, venturos maturæ Pacis fructus, non horno uberes, ſed ævo. A Vere Autumnus pendet, ab INDVCIIS Pax: quo quidem ſenſu, brevem Pacem, INDVCIAS dixerim; & longas INDVCIAS, ipſam Pacem. Atque INDVCIIS ipſis Pax Bellumque velut lis & amicitia coëunt, unde Harmonia, ſeu vera concordia naſcatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſcatur. Id Martis Veneriſque myſtico concubitu, ſapientiſſimus Poëta adumbravit, qui, ut Heraclides Ponticus explicat, Siculum & Empedocléum de rerum Principiis dogma cõprehendens, Martis nomine litem; Veneris, amicitiam accepit. Ergò furtivis amplexibus *Harmonia* nata; Pax, è rebus jam compoſitis, animis delinitis. Deorum riſus, Favoris applauſus fuit, Mundi Gratiis in concordiam redactis. Fabula, imò βροτολοιγὸς ad nos ſpectat. Mars noſter Veneri junctus eſt. INDVCIÆ coiverunt: nec infelix thalamus iſte erit; Pax ſequetur, &

Ferrea belligeri compeſcet limina Iani.

Deus, Deus faciet, Artes ſimul Virtuteſque reſtituet, neglectas belli vitio, ac propemodum contemptas. Faciet, inquam, ut non quie-

quietum tantùm, ſed ornatum ſeculum contingat. Vos quoque votis facietis, qui Regem & Principem amatis. Vos, qui in ſolatium ſubſidiumque Patriæ creſcitis; qui animum ingeniumque colitis; mores publicos belli contagio infectos, litterarum virtutumque ſtudio atque exemplo correcturi. Pacis negotia illæ utræque ſunt, litteræ ac virtutes; deinceps majori etiam ſtudio colendæ, ne abuti tranquillitate videamur. Hic colendæ, in veteri Muſarum ſacrario, quæ, rejecto ſquallore, puram faventis auræ lubentiam adſpirant. Sic vivamus, læti feliceſque, ſic diuturni optimi Principes noſtri ſint, quibus renaſcentem temporum felicitatem debemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

CLAVDIANVS
De Mallii Conſulatu:

PERAGIT TRANQVILLA
POTESTAS,
QVOD VIOLENTA NEQVIT;
MANDATAQVE FORTIVS
VRGET
IMPERIOSA QVIES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

IVSTI LIPSII
EPISTOLA,

Quâ reſpondet cuidam viro Principi deliberanti, BELLVMNE an Pax, an potius INDVCIAE expediant Regi Hiſpaniarum cum Gallo, Angla, Batavo.

Scripta III. *Ianuarii* , M.D.XCV.
Nunc primum edita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Vir Nobiliſſime,

1 VT litteras tuas manu
mea poſui, calamum
in eam inſerui ad re-
ſpondendum. An nõ
lubens & ſubitò facerem, quod a-
micus volebat? vir è Principibus
petebat? patriæ utilitatem tange-
ret? Ego verò lubens atque etiam
calidè; 2 etſi hæc aura à tenui prę-
ſertim meo corpore calorem om-
nem arcet. Sed animus erectus &
alacer is eſt, qui hæc & alia vincit.
De re audi. 3 Deliberatur, bellum
an pax cum hoſte placeat, & dicam
diſtinctè ſententiam meam. 4 Ho-
ſtis nobis triplex, ut nunc eſt ſtatus
rerum; Gallus, Angla, Batavus.
Duo illi externi; hic tertius inter-

nus, 5 & rebellis potius quam hoſtis. Si igitur de prioribus queritur, à Regis hoc conſiliis totum & 6 opibus pendet, bellum an pacē cum iis velit; & utrum pro re conducat. 7. Si motus ab illo barbaro & cōmuni hoſte Auſtriacis nō eſſet, ego putarem Regem 8 tractu omnes iſtos poſſe frangere, 9 ſi tantum bellum ex fide & diſciplina aliqua geratur. Fidem dico in pecuniarū adminiſtratione & munerum; ut illa non diſſipetur; ut hæc idoneis & dignis dentur: Nam de fide in ipſum Regem, vix puto ambigendum aut quærendum. Addidi diſciplinam, quoniam revera ſine ea (fiant & dicantur omnia) bellum nullum feliciter ſatis & fortiter geretur. O militem bonum ad manum, 10 & minores duces! ſed opus eſt iſto legū & ſeveritatis quodam vinculo, quod conſtringat, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

vires & viros iſtos utiles Reipublicæ reddat; diffluunt alioquin per laſciviam, per libidinem, per ferociam: nec aliud in iſta militari turba, [11] quam rapinæ aut ſeditiones. Tu & prudentes noſtis, me vera dicere: [12] & fons malorum noſtrorum eſt iſte. [13] Si hoſtis progreſſus fecerit, à regreſſu noſtro eſt; atque is vitia noſtra virtutem ſuam interpretatur, [15] & ſuperbè ac ſtolidè in iis ſe jactat. Sed ut diffundar, & collectè ſententiam peragam; [16] quoniam bellum grande ac metuendum Europæ inſtare à Chriſtiani nominis hoſte videtur, Rex & conſilium ejus vidento; an non [17] melius cum externis illis hoſtibus, aut certè alterutro eorum, paciſci. Si cum utroque, [18] Batavi ponent animos, & aut ſponte, aut vi venient ſub leges: ſi cum altero, etiam idem fiet. Volo dictum

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ctum cum altera, id eſt, Angla.

[19] Illa in manu oppida duo Zelandiæ & Hollandiæ habet, aditus haud dubiè & clauſtra maris & terræ. [20]. Non nimis à pace abhorrere eam, ego arbitror; [21] quia mulier eſt; [22] quia ærarium jam tenue; (nõ eæ opes quę putantur) [23] quia commercia & libertatem mallet. [24] Quod perſeverat, magis à metu, quam ab odio eſt. [25] Et audi verum verbum: [26] Magnitudo noſtri Regis, virtus aut fortuna Hiſpaniarum intra ſexaginta annos formidabilis facta eſt finitimis & longinquis. [27] Metum hunc adimere, ambitionem non præferre, è re ſit imprimis: [28] & facta ſanè, non verba, impetum augent.

[29] De Gallo pariter ſentio, id eſt, eum occultè & tacitè omnino velle pacem. Novellum ejus regnum, ſtatus vacillans, diſſidium aut ſu-

ſpicio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſpicio inter viros Principes; ea omnia quietem ſuadent. Et addo viſcera ipſa, ut ſic dicam, ærarii evulſa: [30] Niſi exteri palam & occultè ſuſtentent, ac focillent, jam defeciſſet. [31] Sed cum illo an Rex noſter pacem velit, haud equidē ſcio; penetrare in conſilia illa intima nolo: [32] poteſt tamen inducias ſalva omni ſpe ſua & deſtinatione. Quid enim ibi in longum firmi? [33] ne ſucceſſor quidem ſatis certus quorundam judiciis, & in corpore illo ſemel moto, vereor, ut alii aliique morbi, niſi magna quidem Regis aut felicitas aut prudentia evincat. Sed definiendo; [34] cum Angla pax oportuniſſimè fiat: Gallus ſeponatur, qui, [35] niſi laceſſitus non laceſſet.

[36] Batavi in manus veniant, de quibus propriè puto te rogare. Quid ergo? cum iis bellum hactenus

nus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

nus infelix, nec nunc felicius ſpe-
randũ, niſi in tota facie rei aliquid
mutetur: [37] loca valida omnia ha-
bent, loca ſibi oportuna, militẽ ex-
ercitatum & ſatis bonũ, victoriis a-
nimoſum, ordinẽ aliquem in ęrario
& tota gubernatione, quãdiu bel-
lum & metus eſt, haud facilè ſolvẽ-
dum, [38] ut iſta remittantur, & amit-
tãtur, pax aliqua ſit & quies, [39] quæ
nunquã in talibus bellis inita ſine
bono aperto Regis. Majeſt. illa no-
minis & occultũ in animis vincu-
lum illos trahit aut potius retrahit,
[40] qui malè abierunt: [41] & quidam
gaudent datum honeſtum ſic re-
greſſum. Centeni aliquot homines
aut milleni [42] ad religionem & re-
gem ultrò redibunt ſi occaſio red-
eundi ſuggeratur: hæc præſidia ho-
ſtibus detrahimus; & amplius, in
plebeja aut plurium illa guberna-
tione, [43] occaſiones inter ipſos diſ-

ſidiis

ſidiis damus. Mihi crede, habent
odia, factiones, & ſua vulnera;
44 ſed occuluntur ea omnia impē-
dente magno illo metu, 45 qui æ-
qualiter tangit omnes. Remitte
paululum, ad ingenia & vitia ſua
redibunt; 46 ut boves inſtante lu-
po coëunt, capita & cornua jun-
gunt; abeunte, quiſque ſibi paſcit.
Sic Batavi noſtri, 47 quos ambitio
fortaſſe valdè non tangit, magis a-
varitia & amor quæſtus. Vbi hoc
poſtremū: 48 an non Regibus ſem-
per occaſio ad ſe trahendi? aureo
iſto hamo piſcandi? Intelligunt
peritiores. 49 Sed ut fiat utiliter,
quiete aliqua opus eſt, & occaſio-
nes ea dabit. In iſta, inquam, ferè
omnes cōſentimus, ſed alii diutur-
nam eam volunt, id eſt, pacem: alii
temporaneam, id eſt, inducias. Tu
utram? audi. 53 Pacem ex animo
velim, & ponam ante omnia hu-
mana

mana bona: [51] religioni & regi pulcherrima ſit, patriæ neceſſaria, bonis & mediocriter bonis optatiſſima. Sed quid eſt? velim & optem, vereor, quod non fiet. [52] Ego bonam honeſtamque pacem hac ſcena rerum fieri poſſe, in animum nõ induco. Cauſæ: [53] Aut inclinatio hoſtium, aut à nobis metus eò ducat. Neutrum eſt. Et vide, [54] an inclinatio: minimè. [55] Sunt in florenti ſua re publicè & privatim; [56] qui gubernãt, Craſſi omnes ſunt & parvi Cræſi. [57] Vis eos optimam fortunam cum dubia commutare? At metuunt fortaſſe. Vtinam noſtra ſic eſſent. Debebant profectò, [58] à potentiſſimo Rege, [59] à legitimo ſuo Rege; ut id quoque addã; [60] ſicut olim à dominis ſuis fugitivi. Sed [61] reverentia, vetuſtate & [62] pertinacia rebellionis, jam excuſſa, & metu, ignavia (liceat liberè hoc

rè hoc dicere) aut pravitate noſtra (quis ordo? quis miles? quæ conſilia?) cur metuant? niſi occulta quædam ſint, & tegantur, quæ me fugiunt. Omnia ſunt talia, quæ ad perſeverandum eos hortentur, nõ reſipiſcendum. 63 Addo fœdera cũ vicinis, cum quibuſdam etiam Germanis clam aut palam icta: 64 navigationes novas ſperatas, imò tentatas: quæ etſi infida omnia & vana quidem ſint, tamen plebejos illos animos inflant, 65 & auram inſpirare modeſtiæ non patiuntur & bonæ mentis. Ergo de pace vix eſt ut ſperem, niſi tali, 66 quæ disjungat à Rege, quæ licentiores & illos & nos faciat; quò ſcio quoſdam ſpectare. 67 De religione conſultò omitto; & Theologis permitto; etſi rationem ejus inter prima habendam, ſapientes omnes ſciunt. 68 Magis itaque ad inducias inclinem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

nem: Primum, [69] quia hoſtis facilius audiet, [70] nec multa hic obſtacula in conditionibus ac pactis; [71] res manent utrimq; imminutæ. Deinde [72] quia authoritate Principum Germaniæ tale aliquid honeſtiſſimè impetretur, & ſine ignominia Regis. Tertiò, quia leges nullæ duræ nobis imponuntur, [72] quas ægrè aut turpiter poſtea ſolvamus. Quartò, [74] quia commoda ſimilia, quæ ex pace ſequuntur, nempe cõmunicatio inter nos & conjunctio, partiũ reditio ſub diplomate regio & fide, remiſſio hoſtium, & omnia minus intenta. [75] Deniq; fatum, & Deus, & eventus aliquis pro Rege. [76] Vis exemplum illuſtre in hanc rem & conſimile? Sexti Pompeii bella Sicula cum Octaviano Cæſare legiſti? Siciliam & Sardiniam habebat, locis ſe tenebat, & tuebatur, famemque

& in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

& inopiam Italię importabat. Vinci nunquam potuit, niſi brevi pace. Ea pacta cum illo eſt, exules recepti, & vires abductæ, corruptus occultè ejus miles. Quid dicam? Terribilis ille, & paulò antè Neptunus, vix una navi effugit, cervices gladio præbuit, & intra annum extinctum totum bellum. Vetus hoc eſt; fiet novum, ſi eadem adhibentur, & imprimis ſi cõſilio & intentione rem adminiſtramus. Acribus conſiliis opus eſt, iiſque fidis, occultis. Quod ſi non aliud etiam ex his induciis, quam reſpiratio aliqua & quies; pro re noſtra multum ſit;
77 & egemus. Rempublicam aut
78 diſciplinam militarem emendare ſi volumus (debemus, ſi regere Regem volumus) nõ fiet aptè aut citò per arma. Licentia nimis invaluit, corruptio, & mala, quæ optimis potentiſſimiſque rebus & reg-

nis ſunt perdendis. Huc ut noſtri eant, ex animo voveo; quæ fulcra & fundamenta ſunt omnis ſtatus.
79 Habes uno calore & tenore ſcripta, quæ mihi ſunt viſa; quæ premes aut communicabis, quædam aut omnia, ut tibi erit viſum. Epiſtola enim tua eſt: utere, ſed nō abutere; etſi pro amicitia hoc quoq; potes. Non enim niſi verba ſunt: ſi aliqua incauta, excuſet amor in patriam, & libertas, quæ conſulenti ſemper data eſt. Lovanii III. Nonas Ianuarii cIↄ Iↄ xcv.

In hanc Iuſti Lipſii Epiſtolam ſequuntur nunc Notæ ſeu ſtricturæ politicæ, quibus deinde promiſsi in fronte tractatus ob argumenti ſimilitudinem adjungentur.

NOTÆ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

NOTÆ

Seu Strictura Politicæ

AD

IVSTI LIPSII

EPISTOLAM,

Qua ſuadet

BEL'LVM, PACEM, INDVCIAS

Regi Hiſpano cum Gallo, Angla, Batavis,

Ab Iuſtino Bonæfidio Mont.

1 NE venenum tuum, Lipſi videaris ab multis annis collegiſſe & apud te continuiſſe, in ipſo epiſtolæ tuæ limine, te ita ex compoſito geris, ut mox ad quæſitum viri Principis, etiam ipſo momento, quo interrogatus fueris, reſponderis; ac ſi anteà nunquam de hoc bellorum remedio cogitaſſes. Omnia cùm tibi damus, & concedimus in omnibus ſumma, vix credimus, imò ne credimus quidẽ, tam ſubitò

te ad aſpectum literarum viri Nobiliſſimi, nullo ad meditandum temporis ſpacio ſumto, hoc venenum, quo nobiliſſimis regnis & Provinciis florentiſſimis ruinam ac interitum denuncias, evomere potuiſſe. Hæc conſiliorum portenta parturiebas, quando apud Lugdunenſes vivebas; ſed protrudere hunc partum & in lucem edere non audebas, ideoque obſtetricem quęrens & qualemcunque itineris colorem prætexens, ad hoſtem & ſuperſtitionem, Hiſpanum, ac Romanam redibas. Quaſcunque igitur nobis enarras in principio hujus epiſtolæ cauſas, eas à te excogitatas & confictas eſſe opinamur. Nec amicus, nec Princeps, nec Patriæ utilitas te moverunt; ſed unius imperium, Eccleſiaſticorum ſplendor, honorum ambitus, aliaque mundi irritamenta, quæ filios tenebrarum excæcant, te ad hoc ſcriptionis genus pręcipitarunt. A Rege opes, à Papa titulos quærebas.

2. Paſſim in tuis ſcriptis conquereris de tenui tuo corpore ſine calore ullo, deque pallido tuo è ſtudiis continuis vultu. Non negamus te corpore ac membris infirmū eſſe, ſed te ſcriptis valere ac ſatis virium ad nocendum habere, cum aliis adfirmamus.

Vtinam

Utinam plus roboris in corpore, minus verò veneni in animo circumferres. Salamãdra parvum animal (lacerti enim genus eſt ſtellatum) tantam veneni vim, eamque frigidiſſimam continet, ut cum cætera venenata ſingulos feriant, nec plures pariter interimant, ipſum ſimul interimat multos, & populos pariter improvidos necare poteſt: ita hujus Epiſtolæ autor exanguis & parvus licet ſit corpore, vaſtus tamen eſt animo ac tortuoſus, conſilium debellandĩ ac evertendi regna, provincias, populos per fraudes turpes inſtillat atque ſibilat, ut in ſequentibus apparebit.

3. Deliberatio magnis viris digna. De bello, de pace, de induciis diſſerere, cujuſvis non eſt. Nam, ut canit Poëta,

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Sed ut nihil tam temerarium, tamque indignum ſapientis gravitate atque conſtantia, quam aut falſum ſentire, aut quod non ſatis exploratè perceptum eſt & cognitũ, ſine ulla dubitatione defendere; ita nihil poteſt eſſe ineptius, nihil turpius quam ſi vir doctus aut conſiliarius diſſerit de re ignotâ, vel falsò de re notâ: quod ab autore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

factum ſæpius in epiſtolâ hac, ut etiam ſine ulteriori admonitione meâ lector animadvertet.

4. Aperis mentem tuam, multis hactenus incognitam. Inter Chriſtianos, Europæque populos tibi hoſtilitas tantum eſt. An non Regi tuo bellum cum Mahumetanis, & gentilibus Aſiæ Africæque incolis? Hos inter hoſtes vix cenſes. Sed Gallus, Angla, Batavus illis ſunt pejores; quia aut hæretici ſunt, aut de hæreſi ſuſpecti: eamq; ob rationem, quoniam bruto Jovis Capitolini fulmine ſunt vibrati.

5. Hunc tertiũ hoſtem cum fugitivis ſervis comparas, & eidem pertinaciam rebellionis adfricas, & hoc in loco rebellem expreſſe nominas. At qua fronte hæc omnia? Ex ſenſu tuo nõ loqueris, ſed ex ſenſu ejus, ad quem ſcribis, ut te turpem adulatorem manifeſtum faceres, & modò harum, modò illarum partium ſtudia ingenio ad fallaciam admodum proclivi commendares. Sed hæc nomina & egregia epitheta, quibus Belgas eorumque cauſam commaculas, eos monere poſſunt de multis, & omnino in hoc rerum ſtatu debent. Extant dicta, facta, ſcripta Regum & Doctorum Hiſpanorum, quæ illos è negligentibus diligen-

ligentiores, ex ſomnolentis vigilantiores reddunt. Quod enim pactum conventum ſubditis? quod juramentum rebellibus? quæ fides, quodque promiſſum hominibus hæreſi infectis ſervatur? Norunt verò Belgæ, ſe pro iis apud vos haberi, hæc tua clamat epiſtola, idemque docet Leuci & Liphippi diſſertatio. Is enim cum Leucum interrogaret, poſſetne propitiis Diis fædera cum aliorum ſacrorum hominibus ferire? ita demum poſſe reſpondebat, ſi inopia bellum geri non ſinebat, tantum hæc animo fideliter vota celaret, nihil ſe curaturum ſacramenta quæ illis hominibus præſtantur, & commodis temporibus ſanctè ad hoſtium perniciē uſurum. In religione judicantur hæretici, in libertatis & politiæ ſuæ defenſione ac adſertione cenſentur rebelles. Ab hæreſi ſcripto, & à rebellione jure hactenus ſe vindicarunt: Religionem libertatemq; ſuam gladio ſartam tectamque tutati ſunt. De ſingulis ſuo loco poſteà conſtabit. Verum quid cauſæ potuit eſſe, quod Batavos hoſtibus annumerare juſtis noluiſti? ſentiunt enim cum illo ad Samnites & palam profitentur Batavi; juſtum bellum eſſe, quibus neceſſarium eſt, & pia arma, quibus nulla niſi in armis re-

 linqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

linquitur ſpes. Ideoque nemo rebellionis inſimulavit eos, qui juſta arma ſumſerunt contra Reges principatu abuſos, eoſque omni correctionis ſpe abjecta, imperio dignitateque ſpoliarũt. Sed fortaſſis facis cum illis, qui bellum definiunt juſtum, quod populus ſolũ Rom. indixerit, id eſt, is qui ſibi jus fingit, quod alios ſtringit. At eo modo licitum definire bellum, furioſum eſt; quaſi cæteris populis liberis eſſe non liceat; aut quaſi juſtior Romanorum cauſa in exteris nationibus vincendis, quam reliquarum nationum in ſervitute à cervicibus ſuis debellandâ, eſſe potuerit. Jus. n. ut cuique ſuum tribuit, itaque cuique etiam rei ſuæ defenſionem relinquit.

6. Eventus docuit hoc totum non tam ab conſiliis, quam ab opibus pependiſſe. Conſilia enim veſtra, vi & armis exequi nõ potuiſtis. Nam arma armis oppoſita fuere. Conſiliorum veſtrorum hic ſcopus erat, Galliam per ſceleratam Ligam, Angliam per ſeditiones varias jugulare, occupare. Cuncta certè exploraviſtis: Cum Rege etiam Papa, qui cum ſuo grege ſacro-profano extremam admovit manum: imprimis per factioſos ſuos Monachos (quos Hiſpanus ſibi regnoque ſuo devinctos juramento habet

to habet omnes, utpote qui Eccleſiæ Romanæ acerrimus ſit vindex) nuper inter homines viſos omne volvit ſaxum: qui, quum pro Rege ſuo, id eſt, Hiſpano omnibus modis laborabant, ſuos martyres, ſua miracula tandem extra Indias perduxerũt in Orbe nobis noto: In quo non alios cu-
1593. 1589.
dunt Martyres, quam Clementes, Barrie-
1594 1610. 1584. 1599.
ros, Caſtellos, Ravaillacos, Parrios, Squir-
1584. 1598 1594.
reos, Girardos, Pannios, Renichios, Fou-
1606.
rios, Patres Gueretos, Guignardos, Garne-
tos, Regicidas & regnorum incendiarios; non alia miracula edunt, quam ſeditiones, cõſpirationes, ſulphureas molitiones, lanienas, expilationes, & alia quæ dicere nolo. His acris conſiliis, fidis miniſtris, occultis opibus externos illos hoſtes Gallum & Anglam oppugnavit, eorumque regna invadere & exſcindere conatus eſt Iberus.

7. Ipſi ſibi ſomnia fingunt, ait ille. Nullus Auſtriacis ac populis vicinis metus eſt ab illo Barbaro, ſi jura vicinitatis ex uſu Gentium cum eo obſerventur, atque ejus majeſtas ac imperium, quod everti ſubitò non poteſt, ſuo relinquatur loco. Si tanta vis ac potentia eſt Imperii Turcici, impe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

rium tamen eſt, eodem modo quo olim Attilæ regnum, flagellum Dei. Pacati, quieti & concordes vivant inter ſeſe Chriſtiani, eorumque Principes, ſat ſuperatus erit Turca. Ex odiis, diſſenſionibus & perſequutionibus mutuis Chriſtianorum, hodierna illa bella in Hungariâ, Tranſylvaniâ viciniſque locis reſuſcitata recrudeſcunt. Imbecillior inter iſtos à potentiore quidem ad tempus coërcetur, at patronũ & defenſorẽ ſibi adſciſcit illum Barbarum, ut ſaluti ſuæ conſulat. Vrit ſe, fateor, imbecillior, at à potentiore etiam comburitur; Barbarus vitam relinquit nec conſcientiis dominatur, at Papa per mille mortes enecat & per ſuos Inquiſitores Deo conſcientiam hominis & fidem eripit. Iſtis in locis deteſtabile per omne ævum ſit illud perjurium Ladiſlai regis, nunquam imitandum, imo ne nominandum quidem propter dedecus nominis Chriſtiani. Hoc ſit certiſſimum, inducias ſeu fædera jurejurando ſancita & confirmata, etiam cum infidelibus & impiis, Reipub. ſalute ac neceſſitate urgente, nunquam eſſe temerè rumpenda, ſed accuratiſſimè diligentiſſimeque in omnibus, etiam minimis, cuſtodienda. Cum enim belli & armorum jura, non

non minus juſte quam fortiter geri debeant, tum in obtutum illud Ariſtotelis ad diſcipulum Alexandrum hominis Ethnici dictum collocandum, perfidiæ nempe fœdos plerumque ac funeſtos eſſe ſolere exitus. Imò ſi ii eſſe volumus, qui ſumus, ita agendum eſt cum illo Barbaro, ne vel minimam occaſionem habeat querulandi de fide à nobis temerè vel malitioſe ruptâ. Scio Turcam ſæpius Chriſtianis crimen perfidiæ falsò objeciſſe, ſed cavendum ut nunquam verè. Cogitandum eſt cum hoſte, eoque vicino agi, non cum infideli aliquo, ut eò firmior ſit promiſſio & conſtantior fides. Quam enim dedecoroſum eſt Chriſtiano, fidem datam fefelliſſe, tam infame eſt eandem juratam, firmatam nolle ſervare homini non Chriſtiano. Nemo ſibi, nemo Deo mentiri poteſt, qui conſciētiæ teſtis renumque ſcrutator eſt, & ſeveriſſimus vindex rupti juramenti: quam nulla abſolutio ſacerdotalis vel juridica diſputatio à pœnâ ultrici revocari poterit.

8. Putas, ſed malè. Si enim potuiſſet Rex omnes eos tractu ſuperares & frangere, nunquam pax cum Gallo inita, nunquā cum Britanno facta, nunquā à Belgis Fæderatis petita fuiſſet. Itaque amplius de

facul-

facultatibus Regis, quam in iis eſt, ſperas, ut ſolent homines, qui accepti expenſique rationes non tenent. Suſtinuit iſta bella Rex veſter per tædia & moras quam potuit diu. Noverat quippe bella perſeverantiâ, non impetu gerenda eſſe. Rarò enim quis impetu vicit.

9. Felices futuras artes, ſi ſoli artifices de iis judicarent, dicebat Pictor apud Quintilianum. Criticus & Jureconſultus de fide & diſciplina militari mones, ut Lojolæ ſocius quidam de Uſu armorum ſcripſit. Pyrrhi gravis eſt & prudens vox; ne mihi de militia judicet, cujus aures tubarum ſonus non circumſonuit: Non mala ſunt tua monita, quæ ante te obſervaverunt Provinciarum Unitarum moderatores, & volente Domino in poſterum ſequentur, ſi illis mens ſana; ſed tamen iſta per te hoſti tradita eſſe dolent, qui ea notaſti, quando inter illos haud bono animo vivebas. Fides in adminiſtratione tum pecuniarum tum munerum, ac ſevera diſciplina (qua Rempubl. contineri dixit Severus imp.) inter milites, vera militiæ ſunt fundamenta: quæ in ſuo regimine amplectuntur Ordines, & ut alibi ipſe ſcribis, Romanam militiam & opera imitantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

tantur Batavi. Sed quia hæc tria, ærarii adminiſtratio, præmiorum diſtributio & militaris diſciplina, ſunt quaſi cujuſque imperii fulcra, de iis placet quædam ad aliorum doctrinam notare latius. Sane diligens ærarii ſeu publicæ pecuniæ cura in quolibet Imperii ſtatu, ſanum & certum eſt indicium ſanæ Reipublicæ, in qua conſilia non vana, ſed fructuoſa erunt. Eſt enim rerum gerendarum nervus pecunia, quam magiſtratus conſervat, qui imperium diſſolutum non vult. Servat autem Princeps pecuniam, ſi à civibus non amplius exigit, quam neceſſitas Reipublicæ requirit: & quam à civibus, ſuiſque ſubditis obtinet, eam in deſtinatos uſus convertat. Secus ſi faxit, videtur diſſipare pecuniam. Utinam ærarii ratio apud multos populos haberetur exactior adminiſtratio ſanctiorq; redituum & ſumptuũ computatio iniretur certior, nõ cum murmure & querelis extraordinaria novaque corradendę pecuniæ media ſæpius excogitarentur, quibus ſubditorum animos alienos à ſe & exacerbatos reddunt primùm Principes, deinde imperii ſui ſtatum turbant, & tandem certiſſimam ſibi ruinam & exitium attrahunt. Idem eſt de munerum ſeu publicarum

fun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

functionum adminiſtratione, quæ non in mixto Imperii ſtatu in eo conſiſtit, ut Magiſtratus vel ſeipſos vel ſuos tantum, cum Reipub. detrimento majoribus muneribus ſeu civilibus ſeu militaribus præficiant, alios non niſi per nundinationes vocent, ſed ut idoneos & dignos quærant, veteranos milites, quorum virtus innotuit, promoveant; tyrones militiæ adſueſcant, ut per gradus ad militaris ordinis faſtigium perveniant & poſt probatam militiam recte doceant alios, quod ipſi cum laude fecerunt; denique cives probos & rerum gnaros ad quælibet patriæ munera & honores, prout è re Reip. eſſe videbitur, non gratia aut pretio, ſed virtutis ſolius commendatione provehant. Nam extraneis indigniſque præmia dari ac honores mandari, ægerrimè ferunt cives. Militarem diſciplinam quod attinet, quam benigna ſeveritas, non autem nimia acerbitas cõmendat, animam belli recte dixeris. Nam militiam non virorum numerus, non hominum turba, ſed diſciplina conſtituit; quæ exercitium militum ad uſum armorum & ad opera, & eorundem coërcitionem ſecundùm belli leges complectitur. Diſciplina militaris, inquit autor, acriter

retenta, Romanum Imperium, ortum è Romuli caſa, totius terrarum orbis fecit columen. Per illam enim ab hoſtibus ſuis victoriam reportarunt: Ea autem ſpreta, non bellum geritur, ſed latrocinium exercetur; non utilitas Reipub. & populi ſalus procuratur, ſed ejuſdem pernicies & ruina acceleratur. Imperator Aurelianus in quadam ad Vicarium ſuum epiſtola, hanc diſciplinam egregie deſcribit, quam Vopiſcus refert, & Ordines Belgii in ſua militia imitantur.

10. Optare te minores duces audio. Archiduces Auſtriaci, Erneſtus, Andreas, Albertus, Provinciarum devictarum gubernatores tibi diſplicent? minores ſtemmate, majores virtute ac fortitudine bellica deſideras? Ad id enim hæc à te poſita ſunt verba, ut improbes antiquam proſapiam iſtorum gubernatorum, aut ſaltem rei militaris ducendique exercitus imperitiam ipſis exprobres. Ducis enim Chabriæ militare monitum noveras; exercitum cervorum terribiliorem eſſe duce leone, quã leonum, duce cervo. Sentiunt tecum alii, in duce belli eligendo primariò non eſſe ſpectandum genus, ſed bellicam virtutem: attamen cæteris paribus ſtatuunt melius

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

eſſe ſpectandum genus, ſed bellicam virtutem: attamē cœteris paribus ſtatuunt melius eſſe ducem belli ex illuſtri, quam obſcurâ familiâ eligere, Noli itaque, Lipſi, tuos ſpernere Dominos impune.

11. Hæc & ſimilia, quæ hoc in loco recēſes, belli incommoda ſenſit totum Belgiū per omnia ſua membra. Ubi enim locorū Mars ſævus non ſæviit in viſcera hominum & fortunas? ubi nō populus pecoris modo per ſummum ſcelus conſciſſus? ubi non barbaro ritu omnia truculenta atque crudelia viſa fuerunt? Senſit patria noſtra, Clivia, VVeſtphalia, locaque vicina remotaq; ſanguinolentas militum rapacium manus, quibus nihil ſanctum fuit & nihil intactum manſit. Quam frequentes & graves ſeditiones movit exercitus ſæpè ſtipendio promiſſo fraudatus, & inani diu ſpe lactatus, ut depopulatus fuerit obvia cuncta! Hodie illis vulneribus vix cicatrices ſunt obductę. At bene ſe res habet, quod eas rapinas veſtrorum militum fatearis.

12. Erras haud leviter. Nō iſte eſt fons, ſed alius, quē aut ignoras ſtolidè, aut tegis ſuperbè, ut iſtis verbis ſcribis de Belgis. DEVS cauſa eſt, cur ſit alius victor; ille etiam tum cauſa eſt, cur victus ſit alius & alio atq; alio

modo

modo efficax eſt in utroque. Quod certiſſimum eſt axioma. Ipſe Deus ab utroque hoc, & dato ſpiritu victori, & ſubtracto ſpiritu victis, cõvincit, expeditionem & victoriam, quam Aſſyrius ſibi arrogabat, ſuum opus fuiſſe. Moderatur idem habenas rerum humanarum quarumcunq; pro beneplacito ac nutu ſuo; etiam eventum belli ac militiæ. Victoria enim Dei munus eſt; quam à Domino ſe obtinuiſſe gloriantur verè Machabæani. Ad hunc fontem malorum veſtrorum; ſeu pœnarum divinarum recurre, & fœtidum arrogantis prudentiæ rivum relinque, ut tandem ſapere diſcas. Tyrannidem, ſcelera, impietatem hominum, idololatriam, punit DEUS armis & gladiis: præſertim divinæ ſuæ voluntatis neglectum & contemtum: cujus rei notiſſima poſſunt eſſe exempla illis, qui volumina legerunt ſacra, de quibus tu ne quidem cogitaſti.

13 Ita evenire ſolet, ut vincente parte unâ, altera vincatur. Victor enim aliquem, qui eſt victus, vicit, & de devicto triumphum agit. Veſtri igitur ſi regrediuntur, cur non alii progreſſum facient? Utrique certè ducimini à Domino. Currus & equi parantur ad prælium, ſed à Jehova eſt victo-

victoria. Nec tamen deſunt ſibi ipſis Ordines. Quippe non in hoſtium erratis, ſed in rectè factis conſiliiſque ſpem ſalutis ſuæ collocant. Cum Galgaco Britannorum duce abis, qui olim de Romanis, ut tu de Batavis, inter commilitones ſuos loquutus fertur; noſtris illi diſſenſionibus ac diſcordiis clari, vitia hoſtium in gloriam exercitus ſui vertunt. Ut ſcio Romanos, ita credo Belgas, propria inniti virtute, qua per totum Orbem facti ſunt celeberrimi. Regerent enim, ſe ita à patribus majoribuſque ſuis didiciſſe, ut magis virtute, quam dolo contenderent, aut inſidiis niterentur.

14. Non ſic Lipſi. Væ dicentibus de bono malum eſſe, & de malo bonum; ſtatuentibus tenebras pro luce & lucem pro tenebris. Deſtituimur ſenſu cæcæ obedientiæ, ſed communi hominum ſenſu nondum caremus. Doctorum veſtrorum eſt, quos tradidit DEUS in mentem omnis judicii expertem, ut facerent quæ minimè conveniebant; Sodomiam ſcripto publico & carmine Italico laudare; ſcortationes clero concedere & ſupra legitima matrimonia extollere; Sanctorum Patrũ monumenta ac ſcripta pro libitu mutare & caſtrare; adulteria & graviſſima quæque

flagitia

flagitia venalia habere ; aliaque infinita quæ hic recenſere velle eſſet operis inanis. Mendacia igitur & calumnias fœtidas tibi cum tuis reſerva. Vitia veſtra & virtutem veſtram diſtinctim novimus ; illa improbamus, hanc laudamus. At vitia veſtra, virtutem nominare ; & virtutem veſtram, vitia appellare , non hominis eſt , non Chriſtiani , ſed ſycophantæ. Antigoni Regis exemplum ob oculos habemus & reſponſum. Nam adſerente quodam, Regibus omnia honeſta & juſta eſſe ; per Jovem, inquit, ſed Barbaris : nobis verò ea demum honeſta, quæ honeſta ; & juſta , quæ juſta. Tu verò Juſte, qui Batavis vitium hoc barbarum adſcribis, impoſterum ab iis Injuſtus rectius nominaberis.

15. Næ tu Belgis ſuperbiam & ſtoliditatem tribuas ! Quæ natio ſuperbior Hiſpanâ ? quæ jactantior Italâ ? Eæ quippe omnes alias, ut olim, ita hodie, appellitare ſolent nationes Barbaras. At , tu degener , naturam tuam, quam modeſtam & humilem , id eſt , verè Belgicam olim habuiſſe videris, exuiſti, & exterorum mores , animum, pellem induiſti.

16. Cauſam belli haud felicis & infauſti tu noſti & Papæ adulatores , id eſt , Chriſtiani

ſtiani

ſtiani populi proditores. Illud tamen ſuperioribus annis per inducias quindecim annorum potuit ſuſpendi, potuit & denuo inchoatum, cum amiſſione totius regni ſiſti, quando veſtri, id eſt, Hiſpano-Ieſuitici homines exitioſa illa conſilia contra Imperium & Germaniæ Proceres tractare cœperunt: quæ nunc non ſine miraculo detecta ſunt, & in lucem protrahentur manifeſtius.

17. Præterita tempora videntur docuiſſe, Regem ejuſque conſiliarios tuam hanc epiſtolã in omnibus negotiis ad amuſſim ſequutos fuiſſe. Nam primum pactus eſt Hiſpanus cum Gallo anno 1598. poſteà cum Britanno anno 1604. atque ita ab externis hoſtibus, Chriſtianis tamen, metus nullus, periculum nullum eidem fuit.

18. Præſagium hoc tuum eſt, ſed falſum. Nam ſors planè in contrarium cecidit. Quando enim cum utroque, id eſt, Gallo ac Britanno pax fuit, Batavi nõ poſuerunt animos, ſed ſpiritus adſumpſerunt majores, acriuſque inſtar deſperatorum pugnarunt, neque bellum navale domi traxerunt diutius, ſed ad Fretum Gaditanum navigarunt, & columnas Herculis (de quibus Antiquitas multa finxerat, quaſque

ſuper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſuperbia Hiſpanica cum hac inſcriptione PLVS VLTRA detinuerat) viſu dignas & expugnatu difficiles animosè aggreſſi ſunt; neque, quod peius ominaris, ſponte aut vi ſub leges venerunt, ſed cum Rege in leges æquas conſenſerunt. Res ita ſeſe omnino habet; nervo belli inciſo ac ſublato, auro argentove arte Chymica in æs & vilius metallum commutato, claſſe Hiſpanicâ in oſtio maris ac Oceani devictâ & ſub muro caſtelli Gibraltar incensâ ſuperatâque, Rex & conſilium Regium, quando fortuna & inopia bellum geri non ſinebant, de pace cogitat, atque mendicantem Monachum ad pacem petendum in Belgium ocyſſimè mittit & cum literis ablegat. Ordines mendico valido ſtipem dant, & in quietem armorum ad menſes paucos tandem poſt ſollicitam flagitationem condeſcendunt. Tum victor eſt Rex cum ſuis, Ordines jacent proſtrati, ſupplicesque facti ſunt & ſub leges veniunt. Hoc, quia alii ſecundùm hanc autoris conjecturalem prophetiam ſcribunt, nos ſecundùm veritatẽ inſtructi credere non poſſumus. Quæ enim in induciis impetrandis intervenerint, nobis incognita non ſunt. Prudentes olim cenſuerunt, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

hoſtium vires evertendas, conſultiſſimum remedium eſſe, in ipſius hoſtis ſolum ac ſinum facē faciemque belli transferre, atq; in hoſtico victoriā reportare. Ex hiſtoriis exempla nota ſunt, quę diutius durant, quā homines mortales, eorumque mores. Expeditio Ordinum & irruptio in Hiſpaniam feliciter ceſſit, neque eos iſtius pœnitet; quæ docuit Hiſpanos niſi in Hiſpaniâ opprimi non poſſe, ut olim Hannibal apud Antiochum de Romanis loquutus fertur, quæque illuſtrem potentiæ famam atque egregium militaris ſcientiæ nomen apud hoſtes de hoſtibus peperit: Quippe invictos & nullis caſibus ſuperabiles Batavos prædicabunt Hiſpani, qui perditis domi rebus, ereptis oppidis multis, amiſſis armis poſt conſtrata equorum virorumque corporibus littora, eadem virtute, pari ferociâ, & veluti aucti numero irrupiſſent, adeo ut ſi quid eſſet in bello detrimenti in ſolo natali acceptum, non modo id brevi tempore ibidem ſarciri, ſed etiam majoribus adaugeri copiis in tranſmarinis locis poſſet.

19. De Anglâ agere incipis. Verum eſt quidem quod ſcribis, *illam nempe poſſidere oppida, quę ſunt aditus & clauſtra maris & terræ*; ſed quod innuere videris, ab

omni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

omni ſuſpicione veri eſt remotiſſimum, ſcilicet fore ut ſereniſſima Regina, ſi pax cum ea fieret, oblita fidei publicę ac honeſtatis, illa oppida Regi tuo tradat, quæ pignoris nomine tenet, quamdiu debitum ſolutum non eſt. Huc ſpectaſſe per ambages jam conſtat Hiſpani legatos in Britanniam ad pacem firmandam miſſos, cum invictæ & bellicoſæ Heroinæ Eliſabetæ ſucceſſore Jacobo Mag. Britanniæ rege Pacifico, per quẽ oppida iſta in manus veſtras nunquam eo modo pervenient. Conſilia Hiſpani ſuper mendaciis fundata & doctis dolis, experta erat longo uſu Angla: quæ hujus ſucceſſor ſenſit, & vidit; ſed credet tandẽ cautelis illis ingenioſis & perfidis ſe ſuoſq; peti, at nimis ſerò, quando Lojolitæ per ſuos aſſaſinos ipſum è medio ſive clam ſive palam tollũt, aut illi ipſi per ſuos emiſſarios Regem opt. contra Fæderatos ac amicos ſuos armarunt, & ipſum regnum in clientelam Iberi traxerunt. Quamdiu vos conſiliarii, in quorum amplitudine ſalus populi eſt, ceſſabitis Regem veſtrum monere? ubi vos Senatores, qui pars corporis veſtri Regis appellamini, hæretis? Vos probos ac fidos alloquor. Veſtrâ prudentiâ ac ſalutari monitione ſalvus poteſt eſſe

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

cum regno ac ſuis Rex prudentiſſimus, qui ut naturæ ductu eſt optimus, ita difficillimè Hiſpanos eſſe peſſimos ſuſpicatur.

20. Erras in eo, quod fingis. Nunquã piiſſima Regina à pace abhorruit, quæ honeſta, quæ candida, quæ fida, utilis & glorioſa ſuo regno ac populo erat: at ſemper abhorruit à pace quæ turpis, quæ fucata, quæ inſidioſa, noxia & ignominioſa ſuis foret ſubditis ac coronę. Itaq; corruit tua opinio diſtinctione hac adhibita, quam alii ponũt & agnoſcunt viri magni. Semper quippe paci ſtudendum & conſulendum, quæ nihil ſit habitura inſidiarum aut turpitudinis. Regibus atquę aliis ſuſcipienda ſunt bella, ut in pace ſine injuria vivatur; ſarta illa tectaque maneant, quæ chara & accepta merito nobis eſſe debent. Idcirco pax ſi juſta & honeſta ſit, res eſt certè omnium rerum pulcherrima & optima: nihil tamẽ faciendum injuſtè aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus. Conveniebat (Reginæ) de bello atque pace conſultare; illud ut civiliter deponi, hæc ut quam juſtiſſima & diuturna haberi poſſit. Pacem voluit Regina, at ſecuram & ab omni perfidiæ criminis metu alienam, quam habere cum Rege non potuit. Semper enim Hiſpanos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

de fide ſuſpectos habuit, veterum ſcilicet Carthaginenſium colonos bilingues, qui, ne videantur avis pejores, perjuram ab origine fidem & ut dicitur Punicam colūt; quam olim Romani execrabantur & hodie cordati omnes. Virtutes Hannibalis (lege Hiſpani) ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullum jus jurandum, nulla religio, &c. Quare iis hominibus in poſterum fidere haud decet, qui impunitatē veteris amiſſi non emendationi potius, quam conſuetudini deputaverint, ut in alio caſu reſcribunt Imperatores.

21. Vix huic rationi ſua ſtat ratio. Nam, ut apud Stobæum Græcus diſſerit, Virtutis eſt penu generoſa mulier. Conſtat enim in raris fœminis excellentiſſimam fuiſſe repertam naturam. Semiramis Aſſyria, Cleopatra Ægyptia, Zenobia Palmyrena, Amalaſuntha Gotha, cæteræque, omnibus vicinis undique terrori fuerunt, ut etiam Eliſabetha Angla Philippo Hiſpano, cum alibi per continuum totum hoc bellum, tum in ingenti illâ claſſe Hiſpanicâ divinitus fugatâ, miraculoſe diſſipatâ, mirabiliter proſtratâ; de quâ Poëta eleganter:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Straverat innumeris Hiſpanus claſſibus æquor,
Regnis juncturus ſceptra Britanna ſuis.
Tanta hujus, rogitas, quæ motus cauſa? Su-
Impulit ambitio, vexit avaritia. (perbos
Quam bene te ambitio merſit vaniſſima, ventos
Et tumidæ tumidos vos ſuperaſtis aquæ!
Quam benè raptores orbis totius Iberos
Merſit inexhauſti juſta vorago maris!

Tuam rationem refutat Ozorius: Quid magis, inquit, ſtupendum, quam mollem & delicatam Mulieris naturam, tantis eſſe virtutibus ornatam & inſtructam, ut totum regni pondus ſuſtineat, in eoque munere maximâ cum laude verſetur, quod vix multorum hominum excellentium virtute, conſilio, fide, autoritate conficitur? Certe in corpore muliebri hujus Reginæ Virilis audacia cernebatur, & heroici motus omni tempore dominabantur, adeò ut turpe habitum, Regem, ut eum nominas, formidabilem à Regina inſulari vinci, neque decorum admodum, virum viciſſe fœminam.

22. Nunquam adeò tenue fuit ærarium, quin ſemper militibus ſtipendia ſolvit probè; quin ſemper ad ſocios, Gallum, Belgas,

gas, Hibernos auxilia miſit; quin ſemper pecuniam ex auro argentove conflatam in regno ſuo habuit, imò extra regnum exteris vi oppreſſis magnâ opum copiâ ſuccurrit. denique ærarium Reginæ felici portorio ſemper dives fuit, & optimis modis locuples manſit, pecuniæque conficiendæ rationes legitimas inſtituit. Unde utilia & efficacia arma contra hoſtes illi fuerunt; aliâs inania ſine ſumtibus & pecuniâ. Ante oculos quippe prudentiſſimæ Reginæ illud verſabatur, non convenire cuipiam ſumtus ſupra vires redituum ordinariorum facere: ſciebatque ut privatum quemque, ſic & Principem ſuo pede ſe metiri oportere. Quod tum factum eſt, quando omnia ita ordine certo conſtituta fuerunt, ut ratio quæſtuum & neceſſitas erogationum inter ſe congruerent. Credita denique, non debita moriens ſucceſſori reliquit Jacobo, pacifico. cui omnia felicia ut precor, ita eidem eadem ſtudia, eundem animum atque fervorem contra regni ſui populique hoſtes ęternos, Papam & Hiſpanum ex animo opto voveoque.

23. Totus populus hoc bellum contra Philippum regni invaſorem adprobavit;

niſi unus aut alter auro Hiſpanico corruptus aut fermento Eſavitico ſeductus, qui per ſeditionem contra dominam ac regnum arma ſumere tentaverunt; ut turbatis rebus illi peſſimi in honore forent. Populus regni non eſt quilibet ex multis, non fullonum aut veſpertilionum cætus, ſed Ordines, ſtatus ac Optimates, Eccleſiaſtici ac Politici. Hi cõſenſu unanimi hoc bellum mandarunt, injunxerunt, approbaverunt & continuarunt; quod toti regno utile & honorificum fuit.

24. Nunquam commerciis, nunquam libertate caruit populus Anglicus. Imò tempore belli commercia, libertas, navigationes floruerunt. Eadem omnia & hodie vigent, quamvis languent. Falleris, Lipſi, ſi ea tantum putas commercia eſſe, cum Hiſpanis negotiari; ſi eam definis libertatem, ad littora ac portus Hiſpaniæ navigare. Hoc veſtri homines voluerunt aliquando, aut ſuſtinere rationibus frivolis conati ſunt, quas omnes Mare Liberum confecit. Sic commerciis, ſic libertate caret populus Hiſpanus, cum Anglis non poſſe mercaturam excercere. Vera libertas eſt, legibus ſervire. Sunt aliæ gentes, alia terrarum loca, ad quæ populus Anglica-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

glicanus navigat commerciorum cauſa. Hæc ejus populi libertas maxima, legibus Reginæ ac Ordinum regni parere. Pernicioſum enim regno & proditioni proximũ ſtatuit, ad barbaros & hoſtes ſuos, ut validiores reddantur, navigare. Quam ob cauſam commercia cum Hiſpanis prohibita fuerunt juſtiſſimè.

25. Ab utroque eſt. Metuit dominatorem Aſiæ Africæque, & odit ſui regni invaſorem raptoremque. Vera tenacis propoſiti cauſa eſt, fœdus cum populo Belgico in bello juſto: ideoque perſuaſum habebat, admodum eſſe

Turpe referre pedẽ, nec paſſu ſtare tenaci,
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.
Turpe ſequi caſum, & fortunæ cedere amicum
Et, niſi ſit felix, eſſe negare ſuũ.

Perſeveravit igitur ad finem vitæ feliciſſimè ratione optima. Sciebat enim hanc in bono honeſtoque propoſito conſtantiam non ſolum virilis magnæque alicujus facultatis, ſed apertiſſimæ divinitatis eſſe indicium.

26. Ex tripode Apollonis Delphici & ore vetulæ frigido anheloque vix certius reſponſum. Magnitudo Regis ſatis magna eſt, ſi hinc in Europa octodecim regnorũ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

olim diſtinctorum, & tot Ducatuum, Comitatuum, aliarumque ingentium ditionum accumulatam poſſeſſionem: illinc Indiarum novique Orbis Monarchiam perpendamus. Unde Hiſpani imperii ſui centrum ubique, circumferentiam nuſquam eſſe gloriantur. Sparſum enim per Orbem imperium eſt, utriuſque terminos Solis, utrumque Oceanum occupans. Verum media, per quæ ad eam potentiam terribilem & portentoſam Reges Hiſpaniarum pervenerint, præterit autor ſciens: cujus potentię inſignia, duabus forte Herculis columnis inſculpta, viſuntur; Perfidia & Violentia. Per has artes potentia Regis crevit & ſtat. Nam qui plus opibus, idem perfidia potior eſſe conſuevit. Ferdinandus rex, qui Catholicus vocitatur, ſolitus eſt cunctas belli rationes, fœderumque jura vel cum pudenda mutatæ fidei labe & gravi ſociorum injuria ad ſuum commodum referre. Ab qua Majorum ſuorum agendi ratione Nepotes non defecerunt. Novus Orbis de violentia teſtatur & rapacitate, nullo jure, nullave juris ſpecie occupatus, incolis ad multas myriades pro ſola libidine mactatis. Verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Magni ſæpe duces, magni cecidere tyranni,
Et Thebæ ſteterant, altaque Troja fuit.

Babylon cecidit, cecidit & Roma, Orbiſque ſumma imperia interierunt. Vires venatorum contra Dominum quid ſunt niſi crepundiæ & vaniſſima rei umbra? Arbores magnæ diu creſcunt, una hora exſtirpantur. Regna, mutat, evertit, & eorundem terminos definit is qui dominatur inter mortales pro beneplacito ſuo DEVS. Idem ille hanc formidabilem vim & Cyclopicam potentiam contundet ſuo tempore ad liberationem innocentum. Nec immeritò:

Vim temperatam Dii quoq; provehunt
In majus; iidem odêre viros
Omne nefas animo moventes.

Crudelia enim ac ſuperba imperia, acerba magis, quam diuturna eſſe ſolent: quibus periculum ab invalido ſæpe & proſtrato venit; Deo ſcilicet cauſam populi ſui agente, ac libertatem Eccleſiæ, honoremq; nominis ſui procurante.

27. More exemploque tuo ſimulationem inſtillas. Vis Reginam nõ odiſſe Philippum, ſed metuere; ac ſi toties repetitæ ab Ibero injuriæ & in Anglam confertim tentatæ violentiæ, odium non crearent. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

verum eſt hoc. Quem quiſque amat, ſalvum eſſe optat; erit profecto & illud veriſſimum, quem quiſque odit, periiſſe expetit, Unde fit, quod

Qui ſceptra duro ſævus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.

Metum hunc auferre cupis, ſimulque ſubminiſtras hoc medium, Ambitionem non præferre; id eſt, aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habere: amicitias inimicitiaſque non ex re, ſed ex commodo æſtimare; magiſque vultum, quam ingenium bonum habere; fraudes occultare; mentem injuratam tenere. Hæ ſunt veſtræ artes & ſtudia, occultando ambitionem (cui modum ſtatuere neſciunt, qui dominatum ſibi propoſitum habent) omnia ſub cœlo regna unico hiatu devorare & perdere. Sed

Odi illos ceu clauſtra Erebi, quicunque loquuntur
Ore aliud, tacitoque aliud ſub pectore cõdunt.

27. Stomachus ferculis repletus famem reſtinguit, non oculus. Spes omnium regnorum ſub ſole, & totius Orbis dominatus à Papa promiſſus ambitionem Hiſpanicã non aufert imò ne vix quidem occultat, ſed tantum ipſa occupatio & imperiorum univer-

univerſorum uſurpatio, peſſimum illud magnorum animorum virus exſtinguit. Adeo facta, & non verba proſunt. Facta enim verba antevertunt. Debet enim potens Rex (quod proverbium de Spartanis dicit) factis magis, quam verbis valere. Promiſſio Papalis verba continet atque nudã ſpem facit, non verò tradit rem ipſam. Olim dominia rerum non nudis pactis transferebantur, ſed traditionibus ſecundum Impp. reſcriptum: At hodie ex pollicitationibus Papalibus & inſomniis, omnia regna atque imperia quocunque ſub cardine cœli ſita, nota ignotaq; ſecundum ſtylum Curię Romanæ alteri acquiruntur, & uni auferuntur. Sic impurus ille Alexander VI. de mera liberalitate & ex Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Indias Occidentales Ferd. Caſtiliæ regi dedit. Similia exempla vidit ſuperius ſeculum in Paulo III. contra Henricum VIII. Angliæ regem; in Pio V. & Sixto V. contra Eliſabetham Anglam; in Sixto V. eodẽ contra Borbonios. Sed pleriſq; illis nefariis largitionibus, quæ de alienis factæ erant bonis, non reſpondit eventus, quem cupiverat Pontifex, vel potius Carnifex ille Romanus.

29. Ad Gallum accedis, de quo loqui &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſcribere inſtituis. Rationes enumeras varias, quibus commoveri poſſet Gallus & induci ad pacem, eaſque ex commoto regni Gallici ſtatu deſumis omnes, quarum autorem alto ſilentio præteris. Haſce in regno Anglicano non inveniebas, ideo metum & potentiam Hiſpani in medium adducebas; cujus terribilem vim atque potentiam de Gallo agens taces, quem Regẽ veſtrum non metuere noviſti. Sed tamen quæ ſuadere Gallo pacem poſſunt? Dicis, novellum regnum, diſſidium ſubditorum, contentiones Principum, ærarium exhauſtum. Quodlibet ex his ſatis validum eſt ad perdendum regnum aut Rempublicam inſtrumentum. Omnia hæc mala iſti potentiſſimo aliàs regno illata ſunt ab Hiſpano, quo vires ſubminiſtrante, & Lojolanis omni peſſimo pejoribus promovẽtibus, Liga Gallicana, perfidioſiſſima factio per rebellionem exorta fuit; quę legitimos Reges Henricum III. ad carnificinam conſcientiarum & lanienam populi urgere, tandemque è ſolio turbare non deſtitit, & Henricum IV. à regno arcere, Philippi Hiſpani verò filiam ad illud adſciſcere conabatur. Si Philip. rebus alienis ſeſe non immiſcuiſſet, & Lojolitę politiis turbandis abſti-

abſtinuiſſent, tum quando hanc epiſtolam ſcribebas, potuiſſet regnum firmum & pacatum, amneſtia inter cives, concordia inter ſubditos, unio inter duces & magnates, ærarium denique locuples eſſe. Sed quemadmodum Liga Gallicana non tot pedibus territorium Hiſpan. dilatavit, quot aureorũ myriades ab Hiſpano miſſas abſumſit, ita victricibus armis eam Ligã diſſipavit, & glorioſiſſimè de ea triumphavit Henricus BorboniusRex, cum dedecore ſempiterno & ignominioſa turpitudine Regis regum Philippi.

30. Exteri tum vicini, tum remoti auxilia, viros & vires ut arma, pecuniam ſæpè etiam haud rogati, miſerunt, barbari obtulerunt, quia homini à natura inditum, favere læſis. Indignè audiebant id regnum internis motibus concuti, à peregrino rapi, regem Chriſtianiſſimum à rebellibus paucis oppugnari, his vires ſubminiſtrari à rege Catholico univerſorum ex ſpe domino, cauſam juſtiſſimam à vi, regem legitimum à Tyranno & invaſore contra antiquiſſimam legem Salicam premi & quaſi opprimi. Judicabant enim reliqui Principes, tradito iis more ſuam dignitatem lædi & jus corrumpi. Suſtentarunt

igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

igitur regnum & regem ſubditi fideles, Vicini benevoli, viri pii atque fortes: quorum mediocres copiæ plus valuerunt pro afflicto rege, quam ingens turba latrunculorum pro hoſte potente. Unde intrepide pronunciat de exule Mario hiſtoricus, Facile invenit exercitum miſer Imperator.

31. Ita evenire ſolet; ut injuſtiſſimus quiſque & rapaciſſimus vitia ſua vel nolit vel non poſſit agnoſcere. Sed quæ cauſa, cur Rex veſter nolit pacem? Jus enim aliquod in regnum Galliæ prætexere non poteſt legitimum. Idcirco pacem odit, ut quod in pace obtinere non poteſt, in ſeditione & armorum ſtrepitu habere poſſit. Silent enim inter arma leges. Regum Principumque vitæ ac ſaluti inſidias ſtruūt novi Templarii veneno, cultro, ſclopettis, pugione, pulvere tormentario (hæc enim ſectæ Lojolanæ ſunt inſignia ex congruo & condigno) ut ad illorum trucidatorum hæreditatem ac relicta bona, tanquam proximus ſucceſſor pro edicto Papali, non Prætorio aliquo, vocatus, occupanda veniat Iberus: at eo juris titulo, quo voraciſſimus lupus ungues agnorum ſtabulo iniicit. Ut enim Eccleſiæ Romanæ acer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

acerrimus vindex Hiſpanus eſſe dicitur, ita viciſſim ex aſſe hæres erit ad omnia bona, quæ Papa cogitando & ſomniando acquirit. Non igitur mirum eſt, ſi pacem nolit Rex veſter, qui ampliſſima ſpolia & præmia belli ſibi proponit, regna & imperia integra, ac tandem Orbem terrarum totum.

32. Quæ hæc, quæſo, eſt Deſtinatio? quam tantùm hoc in loco, de Gallo ſcribens, nominas, & reliqua ejus arcana tegis. Sed quum Deſtinatio illa etiam extrà ſolum Gallicum vagetur, reliquæ nationes ab eà excluſæ non ſunt, ſed ſub ea comprehenduntur. Deſtinatio Hiſpanica dici poteſt regis propoſitum, quo conſtituit Rex Concilium Tridentinum urgere & ſtabilire, Religionem Chriſtianam, quam Reformatam plurimi nominant, & ad annos conceſſam, exque metu permiſſam dicunt, abolere & profligare, atq; cum eâdem gentem univerſam delere ac necare, ſibi ſuiſque poſteris per fidele Lojolitarum miniſterium. Monarchiam univerſi orbis vindicare. De quibus omnibus ſecundum communem opinionem aliquando diſtinctius ac clarius dicemus. Regẽ pœnitet moræ, ut ictûs Caligulam; qui cædibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

bus laſſatus, ſed non ſatiatus, optabat unam toti populo cervicē, ut totus uno ictu interiret. Non dubitamus, quin Rex veſter, aliorum regnorum everſionem ſedulò procurans, ab aliis diſcerptus & diviſus ſubjugabitur, atque hujus ſuæ immenſæ ambitionis & intolerabilis audaciæ pœnas in poſteris daturus ſit juſtiſſimas; ut veriſſimum maneat, fraudulentiſſimos fraude ipſa plerumque in inſidias deduci.

Nec enim lex juſtior illâ,
Quam necis artifices arte perire ſua.

Sicut ſuâ peribat mercede Papa Alexander VI. qui nihil quam mortalium impoſtorem egit, nihil quam ad omnem malitiam & fraudem, qua hominum genus falleret, mentem ſuam excercuit.

33. Hæc in hoc paragrapho ſcripta mala omina confutavit experientia. Succeſſor eſt certus fidelium ſubditorum civium atque omnium Principum judicio; at incertus quorundam, id eſt, Lojolitarum ſceleratis obloquutionibus, quibus quid voluerint, norunt prudentiores quando Pr. Co. profugus ſub umbra atque tutela Hiſpan. Br. ad tempus commorabatur. Corpus totum integrum atque ſanū eſt, & omnes morbi profligati ſunt curâ admirandâ,

felici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

felicitate eximiâ & prudentiâ ſingulari Regis optimi; cujus tamen nimia bonitate & lenitate, relictæ ſunt Cancri reliquiæ lentè cum exitio accreſcentes. Cancer eſt blaſphema Monachorum novorum ſocietas, quæ Galliæ regnum evertet & Hiſpano tradet amicâ manu, fruſtrà reluctantibus & in caſſum ſeſe opponentibus Principibus ac regni Optimatibus fidelioribus. Aut enim fraude circumventi, aut vi oppreſſi caſum ſuæ patriæ luctuoſum non ſine lacrymis ac dolore maximo videbunt.

34. Mallem te pacem bonam honeſtamque nominaſſe (à qua tamen te abhorrere putamus) uti alibi facis, quam de pace oportuniſſimè quædã dixiſſes. Videris enim pacem duplicem facere, veram & fictam. Veram voluit Angla ſemper, à qua nunquam abhorruit, ut ſuperius diximus; at nunquam fucatam voluit. Fucum facis, ſi putas quempiam poſſe credere, pacem veram & pacis prætextum, hominem & hominis imaginem, rem unam eandemq; eſſe. Adverbium enim illud, quod paci adponis, non tam pacem veram ac genuinam, quam modum aliquem faciendi pacem qualemcunque repræſentat. Noveras quippe Chreictoni Lojolitæ dictum,

quo

quo utebatur: Deum dicebat magis Adverbiis, quam Nominibus delectari, magiſq; quod benè & legitimè factum, quam bonum ei placere. Benè & utiliter Rex veſter faciet pacem ſecundum adverbia; bonum autem quod obtinebit ſecundũ Nomina, erit Deſtinationis Hiſpanicę effectus, id eſt, regni Galliæ aliorumque Imperiorum occupatio & everſio. Hoc, quia Deo diſplicet, placet Hiſpano. Sic nomina non ſemper rem ipſam, ſed ſæpius umbram & ſpeciem ſignificant: quibus potentiores ad capiendum vulgus mirificè uti noverunt. Sua Cõſilibus, ſua Prætoribus ſpecies, nempè ſub Imperatoribus; quorum tamen olim ante Reipublicæ oppreſſionem major poteſtas ac auguſtior dignitas erat. Superſtitio religionis umbram tenet, ejuſdem lumen fugit. Pacem crepitat Lipſius, perbellè proditionem cogitat.

35. Qui, quia conſtituerat fæderatos ſuos exercitu tueri, ab Aſſaſino ſceleratiſſimo pugione confoditur annis ſuperioribus. Tantũ crimen erat, opem Germaniæ Principibus promittere & cum magno copiarum numero eorum jura & juſtiſſimam cauſam contra invaſores defendere, ut hoc ſolo prætextu tantus Rex ad miraculũ natus

tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

tus nefando modo & vulnere indigniſſimo jugulari deberet. De quo dignum erat (proh pudor) ut Poëtæ iſtud repeteretur;

Victima haud ulla amplior
Poteſt magiſque grata mactari Iovi,
Quam Rex iniquus.

Idcirco ſcilicet, quia pro Hæreticis, ut Lojolitæ coaxant, Principibus arma ſumpſerat. Et jam olim feralem hunc ictum ſunt triumphatori hoſtium magnifico & regni Galliæ conſervatori minati, quando ex blaſphemâ Monachorum ſectâ quidam ita ſcribebat; Romani ſæpius fuſi ab Hannibale (id eſt, Lojolitæ à Rege regno pulſi) tandem vicerunt ipſi. Sic etſi recenti memoriâ Princeps Mendicorum Auriacus ictum primum in maxillâ acceperat; alter tamen ſucceſſit, cujus primus fuit præſagium. quemadmodum *Caſtelli ictus præſagium erit alterius ictus in eo, qui primum accepit, loco eodem*, juxta Scripturam, &c. quæ deinde pro Satanico illo ictu diabolicè allegatur. Sed quid hoc in loco de non laceſſito garris! Sæpius provocavit Hiſpanus, ſponte contemſit Gallus, qui ſubditorum ſalutem ob oculos perpetuò habens, neque injuriarum obliviſcens, commodum tempus ſumendi vindi-

vindictam obſervabat, quam morte præventus ſumere nõ potuit. Quod enim differtur, non aufertur. Prudentum graviumque hominum eſt, ſi non laceſſantur injuria, quieſcere: fortium autem, ſi laceſſiti fuerint, pacem bello mutare. At omnia in tempore.

36, Hactenus de Anglâ, & Gallo ſatis diſſeruiſti pro more tuo, nunc de Batavis reſpondere conaris; de quibus ut ſcribas & reſcribas, nemo eſt qui prohibebit. Veniant igitur in manus tuas; quia ſcriptuiendo in nomina inania pro libitu ſævire & calamum ſtringere poteris, non verò in ipſas perſonas nocendi voluntatem ac deſiderium exequi. Hoc conſtitutiſſimum Batavis, vel mille mortibus perire, quam eam ſubire ignominiam, ut priori pejorẽ tyrannidem perferant; quam vos nunquã uſurpabitis, niſi in totâ rei facie aliquid, ut ſcribis, mutetur, id eſt, niſi dolo eos circumveniatis & perjuriis decipiatis, quos vi & aperto bello vincere non potuiſtis. Illa autem mutatio ideo neceſſaria tibi viſa eſt, tum quia nullos deſperatis civibus in principem malum ferociores hoſtes reperiri ſciebas, tum etiam quia rebelles Belgas ſupra nominabas. Eos autem ut

quis

quis capiat, *veniâ & ſimulatione* opus eſt; hæ enim ſunt Principum artes, quibus ut hamo piſces, ita rebelles ſubditi capiuntur. Notum quippe eſt illud Lyſandri Spartani dictum de duplici pelle, leoninâ & vulpinâ, adſumendâ à belli duce, ut nocere tandem poſſit. Adſumet vulpinam, cui leonina non profuit hactenus, Hiſpanus: qui ex iis contextum vellus geſtat, quod Aureum nominatur.

37. Miror hæc potuiſſe à te agnoſci hoſtium bona; quę ſane nos agnoſcimus maxima. Et loca & militem & ordinem & leges in Republicâ ſuâ, quam everſam cupis per coloratam armorum quietem, habent Belgæ; utpote jam uſu multorum annorum in Martis palæſtra exercitatiſſimi: quibus nihil videtur tam pernicioſum quã pax, nec militibus quicquam magis infeſtum, quam otium. Nam

Otium & Reges ſimul & beatas
Perdidit urbes.

Unde Appius Claudius dicere ſolitus erat, prępotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari; nimiâ quiete ad deſidiam reſolvi. Voluptatibus quippe, otio ac deſidia vincendi poſthac, hactenus armis qui invicti fuerunt & imperter-

perterriti. Vobis imagimini, imò jam perſuaſiſtis, futurum, ut, brevi illo mortalis ævi ſpatio quo miles in caſtris non erit, loca illa invia & ab omni acceſſu recluſa fore pervia & plana; militem fortem, & expeditionibus aſſuetum, evaſurum imbecillē & mollem, politiæ ordinem perpulchrum & concinnum, quo caput cum corpore conſentit, collapſurum in attaxiam & meram confuſionem; denique leges Vnionis validas & contra quæque flagitia firmas, vel multitudine delinquentium, vel impunitate ſcelerum, per multorum conniventiam dormituras, vanaſque & contemtas manſuras. Huc conſilia omnia, conatuſque veſtri ſpectarunt & ſpectant. Sed pereat è medio populi Belgici, quicunque, videns hanc Hiſpani intentionem, non procuraverit ſalutem populi majori cum diligentia in poſterum. De locis iſtis ſitu validis ac arte firmis paſſim per Provincias Unitas ædificatis, atteſtantur alii, ita ut nullibi terrarum munitiora videri poſſe adfirment. De reliquis earundem Provinciarum bonis, Ordine nempe, Legibus æquis & exercitu, multi multa ſcribunt, ut ea aliis Rebuſpublicis uſui ac commodo eſſe aliquando poſſint.

38. In-

38. Ingenua hæc tua eſt confeſſio, non tamen ſine ſcelere. Pacem offertis & inducias, non ut ſervetis, ſed ut perdatis. En caduceatorem, qui venit ad Ordines cum frutice olivæ, ſed

A tergo caudam, ceu ſcorpius alter, acutã
Oſtentat, quæ tincta dolo, quæ tincta veneno,
Incautos miſerè ſtygias amandat ad undas.

En etiam remedium deſtinationi promovendæ proximum, cui perficiendo Monachus præficitur cucullatus:

Nam veſte ſub illa
Sæpe latent ſævi truculenta mente tyranni,
Sæpe latro, lurcoque vorax & fœdus adulter,
Et ſimulatus amor, fallaxq; modeſtia vultus,
Quæ tegit innumeras ſub ovillo vellere fraudes.

Sed ſuo malo edocti Ordines, in utramque aurem ſecuri non dormient. Nam frequẽtiſſimum initium calamitatis, eſt ſecuritas. Norunt enim, neminem celerius opprimi, quam eum, qui nihil timeat. Vigilabũt itaque oculati, & de hoſtis quaſi reconciliati fide ac mente ſemper dubitabunt. Nam, nihil tutò in hoſte deſpicitur, quẽ qui ſpreverit, valentiorẽ eum negligentiâ efficiet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Hiſpano igitur ab armis ceſſante, attamen cuniculos ſtruente mihi ſpes eſt, Belgas arma & diſciplinam militarem cum Salomone Regum prudentiſſimo tractaturos, ac contrà vim & perfidiæ crimen exculturos, ne ſegnitia cum otio veniat, amiſſa virtute pariter ac libertate. Moderatores Belgii pace incurioſi non erunt, curabuntque ne Reſpublica ſua detrimentum harũ induciarum tempore capiat. Cętera maleficia (inquiebat Cato) tum perſequare, ubi facta ſunt. Hoc, proditionis nempe, niſi provideris, ne accidat, ubi evenerit, fruſtra judicia implores. Captâ urbe nihil reliqui ſit victis. Sed quicquid ſit, ad incautos Belgas opprimendum petitas eſſe inducias, lippis & tonſoribus notum eſſe poterit. Suos tamen à laqueo aucupantium liberabit Deus.

39. Audes ne tu homo priora perjuria & eorum memoriam cum applauſu refricare? Tuus ſcriptor ex Hetruria, utile clamitat & honeſtum ſpernit: quem ſequeris egregie. Ultima mundi ſeneſcentis ſecula bonum id veſtri regis, id eſt, tyrannidem uſurpatam in populum obedientiſſimum Belgicum contra pacta ſacramento roborata cum horrore recenſebunt; & tot myriades

riades hominum innocentiſſimorum crudeliſſimè trucidatorum & ad libidinem Hiſpan. mactatorum de maledicto perfidiæ crimine teſtabuntur: quod tu bonum regis eſſe ſomnias & apertum bonum nominas. Vel hinc conſtat, te probare eos Principum magiſtros, qui norant

Et fraudare homines & fallere numina
Divûm;

quique olim ad humani generis perniciem cantabant in aulis ac conſeſſu Regum

Pietas, probitas, fides privata bona ſunt;
Reges, quo juvat, eant.

Ex perjurio præſens cõmodum fortè ſentit perjurus; at perpetuum & conſtans bonum ex illo ſcelere non habebit is, quem ipſe DEUS in cœlum recipere non vult. Hanc tuam, nugivende, priorum perjuriorum, ſcelerum, criminum ſuperiori ſeculo à Regiis patratorum approbationem, quis non toto pectore deteſtatur? Sed videris inter turpes illos eſſe, quos ſuum dedecus delectat.

40. Sine fronte hæc eſt calumnia & mendacium fætidum. In pactis duæ pluresve ſunt perſonæ, de aliquo inter ſeſe cõvenientes. Qui diſcedit à pactis, malè facere intelligitur; qui ſervat illa, rectè agere dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

dicitur. Inter Regem & Belgas mutua fuit promiſſio. Quæritur igitur, quis primus ex contrahentibus abjerit & ab initis convẽtionibus reſilierit? Is abiit malè qui Rex eſſe deſiit, perjurus qui populis Belgicis fuit, promiſſionibus qui non ſterit, fidem datam ſubditis fregit, jusjurandum violavit, tyrannidem uſurpavit, privilegia omnia pedibus conculcavit, iniquiſſimi tributi rerum venalium exactionem mandavit, aliquot centena millia civium ad mortẽ, exilium, paupertatem, ſine crimine, accuſatione, judicio ablegavit, præſidia externa in urbibus collocavit, arces paſſim tyrannidis nidos ędificavit, judices indigenis cõtemtis Hiſpanos conſtituit, res ſeculares Epiſcopis concredidit, peregrino ſatellitio ſe munivit, omnia contra morem patrium diſpoſuit. Et Lipſio dicuntur ii malè abiiſſe, qui hæc, poſtquam diu tolerarunt, amplius ſuſtinere recuſarunt: quibus tum demum viſum fuit ad arma concurrere, cum locum apud Hiſpanum juſtitia, æquitas aut preces invenire non poterant. Nam prius pleraque diſſimulare & omnia tentare, quam ad arma venire virum bonum oportet. Nemo quippe omnium ita amẽs eſt, ut bellum quam pacem prętoptet. Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

itaque neceſſitas omnes leges infringat, bellum juſtum eſt, quod neceſſarium eſt; & arma ſunt pia, quibus nulla, niſi in armis, relinquitur ſpes. Illud nemo ſanæ mentis negavit, Principem ſeu magiſtratum quẽcunque ex natura relationis ad conſervationem ſubditorum obligatum eſſe. Certe regna omnia non in illorum gratiam qui ad hoc faſtigium legerentur inſtituta eſſe, ſed in eorum qui parerent, quis non novit? populum qui negligit & conculcat, ſuamque privatam libidinem & commodum domeſticum ejuſdem ſaluti anteponit, Principem & magiſtratum eſſe deſinere quis non dicet? Correlativa ſunt Dominus & Vaſallus, magiſtratus & ſubditus; ut ſicut iſti ſunt obligati bene obedire, ita illi bene imperare. Rex malè abiit (tuis utor verbis) & Ordines eum malè abiiſſe declararunt anno 1581. die 16. Iulii: idque rectiſſimè ex jure nationum omnium. Nam propter ſævitiam in ſubditos, dominis juriſdictio aufertur. Malè quippe imperando, imperium ſummum amittitur. Sic peſſimè Hiſpanus imperavit, qui plus innocentis ſanguinis profudit, quam tam anguſtæ provinciæ flumina caperent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

41. Tu & tui ſimiles gaudent, quibus in corde non eſt veritas, & in ore meditatus dolus hæret. Simulationis magiſtri, duplici lingua inſtructi volunt videri rediiſſe in gratiam Regis, cujus etiam auro, ſtipendio, muneribus, intra Ordinum limites vixerunt. Abi Icterice & ex tuo ingenio peſſimo alios judicare deſine.

42. Conjungis iſta duo, ut etiam alibi, ac tegis fraudem tuam. Adeò ſcilicet religio cum rege putatur eſſe copulata, ut omnis ſapientia divini & humani juris dicitur eſſe in ſcrinio pectoris Papæ repoſita. Ideo nemo ad Regem redit, niſi ſimul ad religionem: quia Rex hæreticum (ſi Diis placet) ſubditum non vult, Chriſtianum non agnoſcit, Apoſtatam probat, omnis pietatis hoſtem recipit. Exemplum nobis præbuit Lipſius, cui haut difficile fuit in omnes horas nutare in religione, nunc Deũ ore profiteri, nunc Divos Divaſque ſcripto celebrare, colere & invocare, atque majora dantem præmia, honores opeſque ſequi. En ſeculi præteriti Ecebolium novum.

43. Anteà finem quietis ab armis volebas eſſe remiſſionem vigilantiæ curæque Leonis Belgici: cui nunc annectis alium

fucatæ

fucatæ pacis finem; dum inquis, Occaſiones inter ipſos diſſidiis damus. Romani Senatus ſtratagema obſervare videris, qui aſtu quodam & calliditate diſſidia procurare apud eam gentem ſolebat, quam imperio ſuo ſubjicere cogitabat, ut animis diſtractis & mutua offenſione exacerbatis ex improviſo illam opprimeret. Hoc conſilium Regi tuo fore commodiſſimum apprime noviſti. Nulla enim, quamvis ſit minima natio, cito poteſt ab adverſariis deleri, niſi propriis ſimultatibus ſeipſam conſumpſerit. Nam civile odium ad inimicorum perniciem præceps, ad utilitatem ſuæ defenſionis incautum. Sed Belgæ Romanos Veteres in ſua Republica quia ut plurimum imitantur jurgia, diſcordias, iras, ſimultates cum hoſtibus exercebunt; cives cum civibus de virtute certabũt, Noverant enim Regis morituri ad filios oraculum illud; Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia vel maximæ dilabuntur. Quod idem regina pecunia per totum Belgium in nummis de moneta monet. Itaque Belgæ, quamdiu ſenſu valent, furorem inviſamque rabiem civilem à ſe arcebunt, ne converſo in ſe ferro vecordes atq; amentes fecerint, quicquid diſcordia jube-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ret. Athenienſes cenſebant in communi
periculo res non modo inutiles, verum et-
iam noxias & magnorum malorum cauſas
eſſe civium vel ſociorum inter ſe conten-
tiones: Imò Græcia ab externis hoſtibus
fuit tuta, eoſque fregit ac profligavit, nec
unquam niſi à ſe ipſa vinci potuit dome-
ſticis diviſa diſcordiis, quas arte & do-
ctrina cavere vix potuit. Salluſtius exiſti-
mabat, qua tempeſtate urbi Romanæ
fatum excidii adventarit, cives cum ci-
vibus manus conſerturos: ita defeſſos &
exangues regi aut nationi prædæ futuros.
Hetruriç Principes olim præviderunt; Ro-
manam potentiam æternam futuram, &
non niſi propriis viribus confringi poſſe,
idcircoque ſimultates & odia clam ſeri
oportere in civitate decreverunt. Ut igi-
tur domeſtica civium diſcordia, imperii
ruina eſt, ita hoſtium diſcordia imperii
fulcrum & ſalus eſt. Maneat quæſo du-
retque gentibus, ſi non amor noſtri, at cer-
tè odium ſui; quando ingentibus imperii
fatis nihil jam præſtare fortuna majus po-
teſt, quam hoſtium diſcordiam; inquit
Tacitus, cum quo eandem hoſtibus Hi-
ſpano ac Papæ Romano precor ac opto.
Miſerunt Hiſpanici ſuos emiſſarios & ſpe-
cula-

culatores in Provincias Unitas, qui diſcordiarum tubas paſſim clangũt. Inter Theologos, inter Politicos, inter cives publicè privatimque buccinatores iſti ſemina diſſenſionum ſeminant. Religio infelicibus quæſtionibus & inutilibus aliunde adſcitis quaſſatur, & ſcurriliter à nonnullis commaculatur, quorum *Dux* ita conſervatur, ut pretioſus lapis in annulo *aureo*. Quicquid alii de Eccleſiæ Reformatæ miniſtris per Belgium ſentiant, ad me non ſpectat, ego omnino ſtatuo, illorum conſenſum admirabilem & fraternam conjunctionem fuiſſe ſuperiori ſeculo recuperatæ libertatis validum inſtrumentum, & contra furorem Hiſpanicum, murum aheneum. Fuiſſe Doctores Lutheranos in Germania, qui penſiones annuas à Theſaurario Cardinalis Lotharingi habuerint, ut reſiſterent Zvvinglianis, diſſenſiones alerent, bellum calamo & vociferationibus gererent, atque Pontificiæ tyrannidis incrementum promoverenr, legi olim: ejuſdem farinæ & nequitiæ homines in ſolo Belgico vivere non adfirmo, ſed eſſe poſſe pro certo ſtatuo. Et quid maleferiati Theologi ac clamoſi Stentores poſſint, hiſtoriæ teſtantur & exempla notiſſima docent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

cent. Politia diſſenſionibus repleri poſſit multis, ab iis præſertim qui nuper ab Hiſpano exautorati ſunt, ac in vepretis Belgicis deliteſcentes adſumto religionis tegumento de Republica conſultant. De exactionibus, vectigalibus ac tributis Reip. nervo, quod adhuc durent, armis ſublatis & repoſitis apud ſimplices, apud callidos multa garriunt. Et quanquam iſta provinciarum onera pacis ornamenta bellique ſubſidia, recte nominentur, tamen populorum auribus inviſa animiſque infeſta nomina ſunt ad ſeditionem ac rebellionem aptiſſima. Hinc fit, ut iſti emiſſarii vanâ ſpe tumentes, qui ex diſſidiis & exitio publico ſibi ſegetem impiè metuunt, felicemque piſcationem quærunt, de oneribus ſubditorum primum clam, deinde palam agant. Illos, qui fraudem non vident, ſeducunt & falſa perſuadent: qui vident, eos fortè muneribus & verborum lenociniis placant & ſilentio peſſimo excæcant. Quibus ubi acceſſerit inſcitia aut non malitioſa incuria nonnullorum Magiſtratuũ in Republica per omnes partes procuranda, audaciores fiunt, & per alios etiam ex compoſito conantur pejora, de tributorũ cõtinuatione, populi oppreſſione, de novis & in-

& inſolitis pecuniæ exactionibus conqueruntur, de jure Hiſpani antiquo, de ſuperbia magiſtratuum & publicanorum violentia impoſturaque diſſerunt, de Religione Papana ſplendidè, de Chriſtiana reformata contemtim perorare norunt, vetera atque aurea ſecula probant, preſentia tempora arrodunt, totumque Reipub. ſtatum (cujus & ſalus & pernicies à moribus magiſtratuum pendet) propter exleges regentum mores variis calumniis traducũt. Hos nempe mores novæ religionis fructus mox apud incautos vocitant. Quæ omnia eo tendunt, ut verax eſſe poſſit hoc Lipſii effatum, *Occaſiones inter ipſos diſſidiis damus.* Quibus hactenus caruit Iberus, quãdiu Belgæ in armis ſpem ſalutis poſuerunt ſuæ. Olim de bello Belgico ſopiendo, ſed ad Reip. Belgicæ everſionem, ad Regem Eſcovedus ſcripſerat idem conſilium. Noverant enim & Lipſius & Eſcovedus artes Philippi Macedoniæ regis, quibus Græciæ civitates liberas inter ſeſe primum committebat, deinde in ſervitutem redigebat: Cujus regis doloſa conſilia fraudulentos mores & perjurii vim egregie deſcribit Hiſtoricus, ita ut Philippi Hiſpani artes cõtra Belgas adſumptas narraſſe videatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Sciuri faſciculus ſervavit hactenus Provincias Unitas. Commune enim periculum, concordiâ propulſandum eſt. Diviſio verò & ſimultas earundem inter ſe, franget eaſdem. Idcirco laborabunt & patriæ amantiſſimi cives ſtudebunt, urgebunt,

-----Laboranti occurrere morbo,

Nam

Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus umbras;
(fuit.
Quo poſita eſt primo tempore, virga
Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli,
(ſuis.
Nunc ſtat in immẽſum viribus aucta

Tollite, ô Belgæ, altercationes inter vos, inter cives veſtros, inter Provincias; prævenite, amputate etiam ſuſpiciones, præcurſores majorum malorum: ſic movere aut contundere veſtrum Imperium ac regimen non audebit Iberus, ut tandem felici ex eventu appareat cuivis, hujus epiſtolæ ſcriptorem hæc verba falſo adpoſuiſſe, & mendax vaticinium; Occaſiones inter ipſos diſſidiis damus. Certè animorũ diſtractiones, veluti inter cineres adhuc latentes igniculi, quid ſint aliquando allaturæ, quantum in incendium prorupturæ, boni qui ſunt & cordati, ſuſpenſe an-

ſe anxieque metuunt, cum de re ſunt cõmuni ac Unione tota ſolliciti; quam quia conſenſus in Religione fecit, diſſenſus in eadem ut ſecet, proclive admodum eſt. Expergiſcimini aliquando (dicebat Cato in Senatu) & capeſſite Rempublicam: non agitur de vectigalibus, non de ſociorum injuriis: libertas & anima noſtra in dubio eſt. Per cuniculos inſidias libertati Reipublicæ & conſcientiis hominum ſtruunt exploratores regis Hiſpaniæ, ejuſque tyrannidis recuperandę callidiſſimi ſatellites, ac ſegetem pacato hoc tempore & ſereno induciarũ cœlo ſerunt, ut ſementem locupletem deinde faciant. Noverunt enim fuiſſe & eſſe factiones atque diſſidia potentibus populis magis exitio, quã externa bella: malum in liberis rebuſpublicis pene perpetuum, quæ ſi foris hoſtẽ non habẽt, domi exitialib. agitantur factionib.

44. Prudentiæ hoc putatur eſſe haud vulgaris, ſuſpiciones & diſſenſiones inter viros Principes in Repub. aut regno ortas poſſe comprimere & tollere, commotoſque in corpore morbos per ſaluberrimum amneſtias remedium, concordiæque ſtudium expellere. Hominum eſſe dementiũ de vellere velle inter ſe ligitare, & ovem

lupo devorandam permittere. Noli igitur improbare id, quod omnes ſapientię laude clari comprobant. Rectius enim agit is, qui, quod in membro venenum eſt, tollit, quam is, qui quod in membro malum hæret, per totum corpus vel ſtudio vel negligentia diſſeminat & accreſcere permittit. Diſſenſio (ſi aliis credimus) interdum licita eſt & Reip. ſalutaris, quemadmodum fortitudinis cos, iracundia moderata eſſe dicitur. Cavendum tamen ſummopere ne ea diſcordia civitatum ac nobilium ſit vel pertinacior vel diuturnior. Sed quia difficillimum eſt, modum in iis poſſe rebus ſervare, ne ultra citraque peccetur, factiones & odia Ordinum ac principum in Republica eſſe tollenda prorſus, nemo prudentum negabit. Ad propulſandum enim commune periculum impedimento eſt Rempublicā per Principes factionibus & ſtudiis trahi. Eorum quippe partialitas ſtatus publici venenum eſt atque certum interitus præſagium. Nam inſidiantibus omnia opportuna fiunt. HęcProvinciarum vulnera ceſſante armorum ſtrepitu non ſinent Hiſpanici ſanari docta manu; ſed per ſuos clanculum laborabunt, novis altercationibus ſubinde excitatis, illas animo-

rum

rum exacerbationes inflammare & oleo infuſo vehementiores reddere. Reſpexit Lipſius ad Rempublicam Romanam, cujus ante & poſt Carthaginem deletam ſtatum, ut ſanum, ita turbatum noverat. Metus hoſtilis, ſcribit Salluſtius, in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus deceſſit, ſcilicet ea, quæ ſecundæ res amant, laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Ita, quod in adverſis rebus optaverant, otium, poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiuſque fuit. Namque cœpere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, plebes libertatem in libidinem vertere: ſibi quiſq; ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abſtracta ſunt: Reſpublica, quæ media fuerat, dilacerata eſt. Quare prudentiores Belgii moderatores hoc & pluribus exemplis edocti, illa quæ recenſet autor mala (odia, factiones, partium ſtudia, privata commoda, aliaque vulnera) à Republica ſua eradicabunt, ſi dilacerationem Provinciarum, Vnionis ſolutionem & Reipublicæ ruinam oderunt, & libertatem ſuam atque religionem aliaque jura priſtina ex corde amant, & ad poſteros ſuos tranſmittere ſalva deſiderant. Hæc vulnera Reipublicæ, quæ Lipſius putat, facilius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſanantur inter arma. In duas factiones civitas diſceſſit, inquit Tacitus de Judæis ſcribens, donec propinquantibus Romanis bellum externum concordiam pareret. Ad hoc exemplum ſapere ſi diſcant Belgę, ſibi ipſis turdi non erunt.

45. Hic metus verè magnus eſt, & omnibus Belgis communis timor, qui idcirco omnium animos conjunxit. Et certè is eſt, qui in fortiſſimum quemque cadere poſſet. Rem inauditam & horrendam confirmat ſententia Philippi Regis contra Belgas annô 1568. die 26. Febru. pronunciata, qua omnes Belgæ cujuſcunque ordinis, tam ipſi, ut volunt dici, Catholici quam reliqui incolæ tanquam multorum criminum rei ac convicti, morti adjudicantur turpiſſimæ; nec venia datur eis, qui relicta religione & profeſſione Chriſtiana ad Papiſmum redeunt, ſed ſuſpendio ac laqueo, benigno & humano mortis apud Hiſpanos genere, vitam finiunt cum omnium bonorū diſpendio & confiſcatione. Hanc exequi conatus eſt famoſiſſimus Dux Albanus, inter tyrannos Coryphæus, *Scelere ante alios immanior omnes:* cui quum animosè reſiſtere inciperent Ordines prudentiores & civitates potentiores arma oppo-

opponere, facta eſt criminum abolitio anno 1574. generalis, tempori oportuna, ad decipiendum credulos Belgas publicata. Præſes ſanguinarius & inceſtuoſus ille Vergas Hiſpanus, hanc ſententiam & regis mentem optime noverat & ſuo more interpretabatur. Subinde enim dicere ſolitus erat, Hæretici fraxerunt templa; boni nihil fecerunt contra, ergo debent omnes patibulare. Sic non ad paucos pœna, ſed ad omnes perventura fuiſſet. Eandem cantilenam canunt ſcelerati Lojolæ ſocii, pacis publicæ turbatores & quietis hoſtes acerrimi inter ſuos.

46. Per quietem armorum remiſſiores Ordines & negligentiores futuros in cuſtodiendo res ſuas publicas, tibi perſuades. Et, ut id ipſum aliis perſuadere poſſes uteris ea comparatione, qua Regem cum lupo, & Belgas confœderatos cum armẽto boum confers. Sed ſi illis, qui occulta Phyſicæ ſcrutantur, credimus, ea lupi natura eſſe perhibetur, habere robur maximũ in armis; eſſe fraudulentum & inſidioſum in adoriendis beſtiis; eſſe crudelem & rapacem; in prædis invadendis antelucanum tempus obſervare; eſſe infeſtum ovibus; pilum mutare, non ingenium; prædæ

inhia-

inhiare rictu latè diducto. Addamus illis acta & facta Regis, qui ſolet habere maximum robur in auro & argento Indico ; omni fraude circumvenire & perfidia; ſummâ crudelitate innocentiſſimos trucidare & violentiâ ; è longinquo ſpeculari & omnem occaſionem captare, pellem aliã poſt aliam induere ; colendis agris & littoribus ſecandis peridoneos homines ſimplices piſcatores perdere, libertatis cuſtodes & populi patronos neci dare, antiquum retinere, nictu & ictu ſævire. Non mirum igitur ſi animal tam ferox, innoxium pecus ſibi paſcens devoret, & Rex Belgas depaſcere laboret.

47. Contra lupum nos, noſtraque fortiter defendimus, & adſpirante Dei gratiâ fortiori animo manuq; defendemus. Propulſatio vis injuſtæ, ſævitiæ inauditæ repreſſio, ſervitutis crudelis averſio, juris ac privilegiorum adſertio, aureæ libertatis vindicatio, Dei ac religionis zelus, virtutis avitę gentiſque noſtræ gloria ac decus nos contra lupum armarunt. Ut procul ſint à laribus noſtris peſtes Rerumpub. duæ, quas nominas, Avaritia & Ambitio, toto optamus pectore. Ea enim Romanis quaſi materies omnium malorum fuerunt ; ut &

Græcis. Iſtud ſtudemus in plurium noſtra gubernatione, ut loqueris, ut legitimè vocati officia publica ex fide bonâ ſecundum legum præſcriptum ac normam adminiſtremus, & cum diſpendio etiam rei domeſticæ commune Civium bonũ in tempore promoveamus. Huc ſtudia noſtra omni ſtudio dirigimus. In Utopiâ Mori non vivimus ſed in hominum republicâ: idcirco cogitandum mox, ſi minus rectè in officiis adipiſcendis iiſque adminiſtrandis multa committantur, iſta fieri cum dolore agentium, imò etiam interdum cum pudore. Lipſii mens & intentio, quæ in hiſce verbis latet, nunquam vera erit. Putat enim ambitione ac avaritia Optimatum ac magiſtratuum, tandem Rempublicam Belgarum æquo fœdere conjunctorũ mole ſua collapſuram atque ad unius libidinem, Hiſpani nempe, eâ viâ reverſuram. Sed peſſimè aberrat in caſu hoc. Rei Romanæ ſcriptor Tacitus, ubi Rempub. Romanam non diu incolumem ſtetiſſe propter corruptos civium mores docet, & occupatum ab Auguſto (munia Senatus, magiſtratuũ, legum in ſe trahente) imperium nullo adverſante memorat, ſubiicit: Neque Provinciæ illum rerum ſtatum abnuebant, ſu-

ſpecto Senatus Populique imperio ob certamina potentium & avaritiam magiſtratuum, invalido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremò pecuniâ turbabantur. Quũ itaque cuncta diſcordiis civilibus feſſa in Republ. Romana reperirentur, ea Principem & Vnius imperium accepit. Reſpublica Belgarum eam eclipſin nondum videt aut ſentit, ut plurium æquum regimen ad unius nutum referri ſit neceſſe: ad quem rapi vis Belgas, cum ais, ad ſe trahendi. Olim poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtiâ ac pudore, ambitio ac vis incidebat, provenere dominationes, multoſque apud populos æternum manſere. Sic hodie poſtquam (ſi Deo juſto judici ita viſum) leges Dei ac magiſtratus contemni, judiciorum autoritas ac vis everti, honeſtum ſperni, cuncta denique in peius rui cœpta, ad unius regimen tanquam ad ſacram anchoram erit nobis confugiendum. At cave putes Iberi. Contra rationem & temporis uſum adſeritur à quibuſdam, Regis ob tyrãnidem, aliaſque juſtas cauſas legitimè ejecti ac depoſiti poſteris familiæque jus cõſequendi imperium ſalvum eſſe. Sed per quæ ſcelera & flagitia ſomnias Belgarum Rempublicam everti poſſe, per eadẽ ruit

& ruet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

& ruet regnum Hiſpanicum; in quo illa ſcelera ante omnia graſſantur: ut proinde neceſſe non habeas in falsâ illâ hærere opinione, ea flagitia eſſe Belgico regimini propria.

48. Idem eſt quod inferius ſcribis (corruptus occulte ejus miles) de Sexti Pompei exercitu. Ipſe ſcis aureo hoc hamo, non in aquâ piſces, ſed terrarum potentes capi: quem alibi animorum & locorum dominam appellas. Non igitur fruſtrà hoc in loco doces & inculcas, pecuniã in tempore negligere: ut ſic filius amiſſas provincias, quas pater non poterat, veluti aucupio placaret, & parentis artes ſuperaret. Quippe haſtæ aureæ & pecuniæ, plus ſæpe ipſis militibus poſſunt. Ideo Philippus Macedo (non victor ſed mercator Græciæ nuncupatus) non difficilem captu, quamvis munitiſſimam, arcem putabat, in quam aſellus auro onuſtus ingredi poſſet: cum nihil tam munitum reperiatur, quod non expugnetur pecunia; atque notiſſimum ſit multitudine pecuniæ hoſtes ipſos plerumque mercabiles eſſe. Corruptionem igitur clamitas, & pecuniam, cui omnia obediunt, non eſſe tenaciter aut parce dandam præcipis, ut proditores fiant

arcium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

arcium locorumque munitorum præfecti. Nam rerum coëmtione religionem induciarum non violari, Gallo expoſtulanti reſponderunt Angli. Sic conqueritur Demoſthenes ad populum, quod durante armorum quiete Antronas largitionibus emerit Philippus Rex, atque ſuos in ipſa urbe conſiliarios habeat: quos Reipublicæ Athenienſis, adeoque totius Græciæ proditores fuiſſe experientia docuit; nec plebejos, ſed nobiles magnæ autoritatis; non juvenes, ſed ſenes, quondam etiam tribunos eoſdem fuiſſe credo & Manlios; qui in conciliis publicis ac collegiis ſalutaria cõſilia trahebant, atque occaſiones commodas è manibus elabi ſinebant, ut iis ſublatis poſteà queruli pro ſalute patriæ audirentur, & à ſe omnem proditionis ſuſpicionẽ removerent, adeo ut, quum quotidie repeterent non ſapientum dictum, non putaramus, etiam videri non poſſent conſilia omnia cum hoſte communicaſſe. Ægerrimè ferunt admonitionem iſti homines, ſed ſtultorum magiſtra experientia poſt patriæ caſum & ruinam eoſdem luci exponit & ſenatoris larvam detrahit. Quare moneo hortorque vos (inquit Memmius ad Pop. Romanum) ne tantum ſcelus, proditio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ditionem nempe, impunitum omittatis. Non peculatus ærarii factus eſt, neque per vim ſociis ereptæ pecuniæ; quæ quanquam gravia ſunt, tamen conſuetudine jam pro nihilo habentur. Hoſti acerrimo prodita Senatus autoritas, proditum imperium veſtrum eſt, domi militiæque Reſp. venalis fuit. Quæ niſi quæſita erunt, niſi vindicatum in noxios, quid erit reliquum, niſi ut illis, qui ea fecêre, obedientes vivamus? Nam impunè quælibet facere, id eſt Regē eſſe. Cavete vobis, Viri Principes à technis Hiſpanicis, quas docet & inſtillat perfidiæ doctor Lipſius: eaſdem tentare callidè, perficere occultò per ſuos miniſtros ſeculares norunt Hiſpani; quorum hæc, quæ nihil penſi, nihil ſancti habet, ars, enſe prævalet. Nam iſtæ corruptiones conſilia & concordiam domi tollunt, foris virtutem & vim contra hoſtes turbant: à quibus tutus erit is, qui in armis ſpem ponit ſuam & ſalutis anchoram. Exitio proximus eſt is ſtatus cujuſcunque regni aut Reipublicæ, ſi mali mores civium ruinam publicā accelerant. Olim Solon de ſua Rep. Attica queſtus eſt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Non urbem Superi cupiunt evertere noſtram,
Et nobis, niſi ſint Numina læſa, favent.
Ipſi ſed patriam ſceleratis mentibus ultro
Conantur cives dilacerare ſuam.
Nam pretio quidam vendunt Legeſque fidemque

Olim Lucanus de Rep. Romana luſit.

Venaleſque manus; ibi fas, ubi maxima merces.

De eadem Satyricus cecinit Petronius.

Nec minor in campo furor eſt, emptique Quirites,
At prædam ſtrepitumque lucri ſuffragia (vertunt;
Venalis populus, venalis Curia Patrum,
Eſt favor in pretio, &c.

Numidiæ rex Jugurtha fertur dixiſſe; O urbem venalem & mature perituram, ſi emptorem invenerit! Romam intelligens, mundi caput & dominam. Vir civiſque bonus Provinciarum Unitarum nullus erit venditor, quem ſollicitè quærit Hiſpanus, ut eum auro ſuo ditet & perdat. Erit enim ei aurum Tholoſanum. Rete ſuum aureis hamis intertextum in Belgiũ jactat Iberus, ut ſibi devinctos habeat multos, per quos Provincias capiat: ſed has Leo Belgicus vigilantiâ ac gladio ſervabit, illos ex me-

ex merito devorabit. Raro quippe chari ac ſalvi diu manſere proditores. Nam notum eſt illud Auguſti Imp. ad amicum de Rhemitalco Thrace dictum; proditionem amo, proditores non laudo, illam idcirco, quia mille graditur pedibus; hos ideò, quia ſceleſtiſſimum facinus pro honore ducunt, quod ſubinde repetere poterunt.

49. Denuo, fraudis artifex, inculcas præcepta perfidiæ. Superius vidimus cauſas inſidioſæ quietis duas, quibus aliam nunc addis, fore ſcilicet ut, poſt remiſſionem ab armis & exercitus dimiſſionẽ, poſtque diſſidiorum ſeminationem & Unionis infractionem, faciliori viâ cuſtodes Reipublicæ Belgicę & magiſtratus ſummi ac infimi auro Hiſpanico corrumpi poſſint. Semper ſtuduerunt Hiſpani per fas, per nefas, etiam poſt fidem datam, non Marte, ſed arte doloſa Belgas perdère. Verum Hiſpaniarum Rex

Fodit doloſam, hos ut caperet, ſcrobem:
Incautus in foſſam ipſe ſuam ruet,
In verticem ipſius recurret
Pernicies, recidentque fraudes.

Fraudes intellige quaſcunque, levem, mediam, magnam, quas omnes doces tuum

Prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Principem. At qui de IESU CHRISTO non es edoctus ad gentilem converſationem, alios ducis, & in omni malitia, & in omni dolo & ſimulatione tuos lectores inſtituis contra Spiritus S. præcepta & Apoſtolicas Scripturas. Apage igitur cum tuis fraudibus & corruptionibus in crucē malam! Sed quietis ab armis petitę & ſancitæ ſcopus apud Hiſpanos ex Lipſii præſcripto præcipuus hinc apparet: quem arte ſtudioque elidere ac prævenire quivis, cui in corde publica patriæ ſalus perſcripta eſt, debet. Quod ut utiliter procedat, adlaborabit cum patriæ amantibus & cordatis civibus ſtrenue, ne ſummorum magiſtratuum electio detur iis, qui Hiſpano olim militarunt, aut beſtiæ Romanæ ſuperſtitionem cæcam ſequuntur; neve iidem ſummi magiſtratus committantur illis, qui eiſdem venenis infecti aut ex ſordidà auri fame vilique diteſcendi cupidine infames ſunt.

Quæ reverentia legum?
Quis metus aut pudor eſt unquam properantis avari?

Avaritia enim veriſſime dicitur radix omnium malorum: quam belluam, eamque feram, & immanem & intolerandam nominat

minatSalluſtius; Quo intendit, addit idem, oppida, agros, fana atque domos vaſtat, divina cum humanis permiſcet, neq; exercitus, neque mœnia obſtant, quo minus vi ſua penetret; fama, pudicitia, liberis, patria atquè parentibus cunctos mortales ſpoliat. Quæ tanta mala poſſidet avaritia, ea perficiunt avari.

Semper avarus amat mendacia, furta, rapinas.

Indigniſſimi itaque cenſeantur omnes, ut ad gubernaculum Belgii ſedeant, quorum operâ ſperat Hiſpanus ſe poſſe feliciter piſcari, ut vel fortalitia & munitiora loca recuperet, vel diſcordias & factiones inter proceres ſerat. Huc omnia vota conſiliariorum apud Hiſpanos & ſuffragia tendunt, & in eo conſenſus eſt maximus; qui & inter latrones eſſe conſuevit.

50. Quod deſperatio aut militem aut monachum faciat, vulgo dicitur. Quia autem deſperas de pace, mihi nondum liquet cui ordini velis annumerari: ſed utrique ut adſcribaris, per me licet. Optare autem te pacem ex animo, dicis. Hoc falsò à te ſcribi pro certo ſtatuo. Cuilibet enim liquet ex totâ hac epiſtolâ ejuſque verbis, te nunquam ex animo de pace cogitaſſe, ſed ex

animo

animo turpiſſimæ proditionis prætextum, Belgicique ſtatus confuſionem ac interitum quæſiviſſe. Clamores de pace à te, & ab aliis ſparſos contemnunt Belgæ & tanquam crocodili lachrymas ſpernunt impunè. Nam cum illo dicent,

Mens immota manet (nobis, vobis) *lachrymæ volvuntur inanes.*

51. Pacem jam deſcribis, quam dicebas te ex animo velle, ſed quam omnes boni ex animo horrent. Superius quietem ab armis indicaſti, ubi & religionem & regem conjungebas. Religionem, credo, putas non tuam, quę Ethnica eſt, quam nemo ſequitur, ſed Papalem idolomaniam & ſuperſtitionem, quam quidam Catholicã (ſed non ſine mendacio) Romanã appellitare ſolent. Ejuſmodi pax religioni quali quali veſtræ erit pulcherrima, poſtquã Belgæ ex tuo judicio & more, Apoſtatæ facti fidem ejurarunt & conſcientiam omnem abjecerũt. Regi etiã erit pulcherrima, poſtquam iidem Belgæ reatũ (in quo putantur vivere) deprecantes in ejus manus redierũt ſæviſſimas, ejuſq; truculentiſſimæ libidini omnia ſua, vitam, liberos, libertatem permiſerunt. Hac via, hoc modo in cælũ cum gloria tendi non puto. Sęd, ſi Belgarum indolem

dolem ac ingenium recte novi, alio modo illos eſſe reſponſuros auſim dicere. Nam ad prius illud reponent, eſſe DEO potius obediendum, quam hominibus; Deoque ſerviendum, non Mammonæ, non meretrici ſepticolli. Ad poſterius illud, prudentum monita & fortium virorum dicta objicient, qui omnes pro gloria Dei & Reip. ſalute, pro Lege & Grege, pro aris & focis, pro patria & libertate pugnare & mori dulce ac decorum eſſe optimâ cum ratione ſcripſerunt, & ſuo exemplo fortiſſimi quique belli duces, patriæ amantiſſimi cives comprobaverunt.

Res eſt pulcherrima mortem
Pro patria oppetere, & ſalvos præſtare penates,
Conjugia, infantes, patriam, dulceſque parentes
Morte ſua, &c.

Nobis omnibus aliud eſt patria, aliud rex degener: illius ſalus cunctis civibus optatiſſima; hujus exitium ac interitus univerſis ſubditis charus cenſetur. Patria eſt communis omnium parens: Ea enim nihil dulcius aut charius in vita eſſe debet. Nam

Dulcis amor patriæ ratione valentior omni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

At nulla nobis cum tyrannis ſocietas eſt, nulla communio, ſed ſumma potius diſtractio & diſſenſio. Quem diſcordiæ, quem cruciatus, cædes civium, quem bellum civile delectat, eum ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum cenſebat Cicero: Belgæ, credo, cenſebunt illi graſſatori reſiſtendum precibus, deinde armis; minimè verò mactandum eſſe dicent, ut generis humani ac populi Chriſtiani Alaſtores docent Lojolitæ.

52. Spes metuſque videntur apud te in contentione eſſe. Cauſa ſatis eſt aperta. Nam bonam honeſtamque pacem definis ex Chriſtianæ religionis deſertione, & antiquæ ſanctæque autonomiæ proditione. At quis bonus eam pacem bonam honeſtamque appellaverit? Non pax erit, ſed turpiſſima & miſerrima deditio ac ſervitus; cujus exemplum reperire apud Hiſtoricos non liceat. Apud veteres Romanos erat ſacrorum communicatio & religionum permiſſio, tanquam peculiare aliquod jus & privilegium, quo Reſpublica Romana continebatur & augebatur. Si ad Regem redirent Belgæ, qua conſequentia eos ad religionem traheres? Sunt

alii reges, qui Antichriſti fœtidos ſenileſque pedes proni & ad terram devoluti oſculantur, nec tamen habent ſubditos omnes Papiſtas, ſed plurimos Chriſtianos. Non omnes Papiſtæ ſubjecti ſunt regi Hiſpaniarum, nec ſoli iſti Chriſtiani ſunt qui parent Hiſpano. Chriſtiani omnes vivunt feliciter ſine Papa, ſine Rege Hiſpano: qui ambo univerſis illis bellum indixerunt immortale, & variis ſuppliciorum generibus ad tormenta mortemq; condemnant. Sed quicquid ſit, nunquam ea pax erit, quam tibi imaginaris. Quid enim magis impium quid magis horrendum, quam ſi Chriſtiani veram divinamque cum falſa humanaque traditione, religionem commutent?

53. Adde membrum tertium, quod induciæ comprobarunt præſentes, ſcilicet, aut prudentia utriuſque partis, Regis & Ordinum. Regis, petentis quietem propter ærarium exhauſtum: Ordinum, concedentium eam propter fortunę lubricum; quę ubi alumnos ſemel deſeruit ſuos, nullis artibus revocari conſuevit. Utraque igitur pars prudenter egit & novit tempori cedere, id eſt, neceſſitati inſervire:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

cujus neceſſitatis præpotentem vim nemo neſcit.

54. Pacem opinaris ab inclinatione Ordinum & victoriis Hiſpani oriri poſſe. Verum victorioſus & Imperii Romani fundator Cæſar ſcribit, hoc unum eſſe tempus de pace agendi, dum ſibi uterque confideret, & pares ambo viderentur: ſi verò alteri paulum modo tribuiſſet fortuna, non eſſe uſurum conditionibus pacis eum, qui ſuperior videretur, neque fore æqua parte contentum, qui ſe omnia habiturum confideret. Quare ſi Ordines ſucumberẽt, metuendum eſſet ne reſurgeret Plautinus Ballio, Væ victis: præſertim inter regem & Ordines, apud quem hi tantorum criminum, tantarumque pœnarum & ſuppliciorum rei putantur eſſe. Sed quia felici ſucceſſu hactenus pugnarunt intrepidi, minimè fugitivi, de pace ſollicitantur, & induciæ duodecim annorum dantur petenti. Honeſtum utrique.

55. Bellum eſt immanitatum omnium, & miſeriarum ac calamitatum cunctarum ingens quaſi pelagus, quod tam victoribus quam victis non rarò pernicioſum eſt, ut haud immeritò à Poëta dictum olim,

Nulla ſalus bello, pacẽ te poſcimus omnes.

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

At DEVS ita multiplici benedictione & admirabili ſucceſſu in hoc bello Provinciis Unitis adfuit, ut iſta animi corporiſque bona inter armorum ſtrepitum habeãt, civitates pomæriis ampliores & incolis numeroſiores conſpiciantur, mercatores divitiis & opibus ex alio mundo per navigationes crebras adductis potentes floreant, denique nobiles, cives, agricolæ cum ſuis contenti bonis felices vivant: ſecundum illud vulgare vaticinium,

Marte triumphabunt Batavi, qui pace peribunt.

Hoc miraculum qui non videt aut videre non poteſt, pſeudomiracula fingit, eaque mendacia ſuo calamo, Divæ (dixerim trunco) Hallenſi conſecrato, & ſtylo ſcriptoq; ad omnia verſatili exornat. Belli & induciarum hoc tempore Belgæ florent publicè ac privatim, & in ſumma felicitate vivunt. Sed hæc felicitas publica privataque, ne ipſis exitio ſit & in pœnam evadat, faxit ille, qui omnia poteſt & diſponit, Deus, in cujus manu Politiarum eſt gubernatio. Ea enim bonorum divinorum contemtum, mundanorum ſollicitudinem & anxiam curam apud omnes, apud Regen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

tes ſuperbiam atque inſolentiam, apud reliquos ingratitudinem erga Deum, peregrinos mores, nauſeam regiminis, faſtidium præſentiũ, odium in proximos progenerare conſuevit, Nam difficile eſt,

Publica pergrata commoda mente pati.

Nam contra fortunam nõ ſatis cauta mortalitas eſt. Res enim ſecundæ,

Quæ populos ſemper merſere potentes.

& nimia felicitas, civiles furores peperit. Adeò notiſſimis exemplis conſtat, omnia regna & Reſpublicas felicitatem ſuam aliquando calamitate mutaſſe.

56. Abſit, quæſo, invidia & calumnia mendax. Hæccine tua eſt modeſtia & gratitudo, velle eos, quorum ſtipendio vixiſti, in odium vocare apud plebejos, & crimen peculatus ac concuſſionis adfricare? Vah hominem ingratum & calumniatorem impudentem! Ex ærario publico certum ſtipendium & annuum habent magiſtratus Belgici in recompenſationem laborũ, & vigiliarum pro Rep. ſubditorumque bono ſuſceptarum, atque in honorẽ functionum publicarum. Rem optimam & neceſſariam odioſo nomine commaculas. Plato in ſua Republica cuſtodes civitatũ, nec nimis volebat eſſe divites, nec nimis paupe-

pauperes. Non omnes qui gubernant in Belgio, ſunt Craſſi aut Luculli, neque ſunt omnes Pauli aut Iri. Sunt inter illos qui majorum nobilitate ſplendent, ſunt qui nobilitatem ſuæ familiæ primùm inferunt virtute ſua, &, ut ait Hiſtoricus, vetere inſtituto nobiliſſimi popularium regunt: Virtus enim tam novos quam antiquos homines eadem conditione tractat, nullos ea defraudat, qui exinde cupiunt nobilitari. Votum paupertatis jactant Monachi & monaſterium ingrediuntur, in quo ab omni hominum conſortio alieni, parietes cōſpuunt & emendicatas divitias ſimulatâ paupertate tegunt. Nō ſic viri principes & magiſtratus, qui magno imperio præditi populis jura dant & pro ſubditorum ſalute conſultant, quique in theatro generis humani illuſtres atque conſpicui mandato munere funguntur: quorum facta cuncti mortales noverunt. Attamen poſſunt omnibus hæc tua verba eſſe ſalutare monitum in Republica, ut ab avaris & rerum privatarum ſtudioſis, ad publicam adminiſtrationem vocandis ſibi caveant cives boni. Illi enim gratius intuentur auri molem, quam juſtitiæ ſolem; quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

inhoneſta omnia quæſtui ſunt. Quippe privatæ res ſemper offecere, officientque publicis conſiliis, turbantque domi militiæque omnia. Nam quo magis res privatæ eorum augentur, qui publicis muneribus præſunt, eò magis Rempublicam minui olim dicebat Demoſthenes. Solet enim populo ut plurimum plus civium avaritia, quam hoſtium rapacitas obeſſe. Siquidem hæc finem ſuum, altera nullum unquam habitura judicetur. Inde Boodicia diſſerebat; Melius eſſe & præſtare ſemel alicubi diſtrahi, quam ſub inani libertatis nomine quotannis redimi. Sed calore & animi motu abrepta hæc fœmina, non omne verum dicit. Libertas non parva eſt ſalvis bonis, annua licere tributa exſolvere & injuncta imperii munera impigre poſſe obire; quæ ſi immoderata fuerint, plebes pacẽ exuere & non ſuadenda tentare conſueverunt, magis magiſtratuum pravis moribus, quã obſequii impatientia incitatæ. Uſque adeò

Solus ferrum mortemque timere
Auri neſcit amor.

Neque populo tantum, cui præſunt, ſed etiam amicis & ſociis omnibus, cum quibus fœdere junguntur & ad quos boni publici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

cauſa mittuntur, nocere ſolent ſordidi iſti & avari : quibus nihil ſub ſole eſt iniquius. Quum vero hujuſmodi paſtores, qui ſemet ipſos paſcunt, oves autem non curant, maledicti ſint apud Deũ, & apud eundem aliquãdo villicationis ſuæ reddituri ſint rationem; apud cives, apud alios maneant infames, idcirco judicãtur digniſſimi, ut & ipſis & eorũ poſteris hæc noverca domi ſit; male parta, male dilabuntur; idque cito, citius, citiſſimè. Regnum à gente una ad alteram traducitur propter injuſtè facta, & contumelias, pecuniaſque dolo partas; quid ni patrimonium alicujus opulentum dilaceraretur malis artibus, interdum vix longo tempore, conſutum?

57. Ante omnia humana bona Ordines ponunt pacem bonam honeſtamque, ut tuis tibi reſpondeam verbis, ſed à ſenſu tuo alienis. Ea illis videtur optima fortuna, poſt bellum juſtum (nam

Incerti fallax fiducia Martis:)

poſſe in pace vivere tutâ. Sunt ſecuræ pacis quam incertæ belli gloriæ avidiores; ſequunturq; Hannonis Senatoris Carthaginienſis prudens conſilium, reſpondentis Himilconi, victoriam Hannibalis ad Cannas jactitanti ultra modum. Hortatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

quippe Hanno ſuos cives, ut in ſecundis rebus fortuna uti, & de tolerabili pacis conditione potius, quam de continuando bello & ſubſidiis mittendis cogitare velint. Itaque iſta, inquit, quæ modò Mago (nuncius victoriæ ad Cannas) jactavit, Himilconi, cæteriſque Hannibalis ſatellitibus jam læta ſunt, mihi poſſunt læta eſſe, quia res bello benè geſtæ, ſi volumus fortuna uti, pacem nobis æquiorem dabunt. Nam ſi prætermittimus hoc tempus, quo magis dare quam accipere poſſumus videri pacem, vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis ac vana evadat, &c. Sic Ordines pacem acceperunt & dederunt ſimul tempore oportuno, ne hæc præſens occaſio, quæ ante capillata & poſt eſt calva, in fumum abiret. Sed lector benevolus conſideret preſſius ea, quæ ſcribit Lipſius. Præſentem belli ſtatum vocat optimam fortunam Belgarum: futurum ſtatum pacis ſeu quietis vocat dubiam fortunam eorundem. Unde apparet quietem ab armis inſidioſam eſſe. Certe, certè, apertum bellum pace dubiâ & infidâ tutius atque melius Belgis fuiſſet. Quo caſu cum Senatu Romano, infelix bellum paci; quæ ſeditionem domi mo-

mi mo-

mi movet, præferri poteſt. Et Belgis

Vna ſalus reſtat, tutari Marte ſalutem.

58. Ab inclinatione ad metum tranſilis; Ubi tamen te rogatum velim, ut lachrymis parcas. Nam Belgæ non metuunt Regem propter vim, ſed metus in autorem recurrit; quem totus novus orbis ſuſtinere non potuit, eum fregere pauci ac inermes inſularum opportunitate, fluminum aggerumque commoditate primum Batavi ac Zelandi, deinde cum iis cæteri Uniti. Regis fortunam anteà formidabilem nominaſti, attamen ejus potentia, vis ac tyrannis tam robuſta, valida ac ſæva nõ fuit, ut eos à fonte Iiſraëlis ad cloacas ſuperſtitionum Papiſticarum reducere, & à partâ libertate in ſervitutem ignominioſiſſimam retrahere potuerit. Hoc unum metuunt cum veteribus Gothis, ne cœlum ruat & ira Dei ob peccata eos obruat. Alias ab Hiſpano complurium thriorum ſtrepitum audiverunt.

59. Rex & legẽ & gregem curat, Alphonſ. regi ſi credimus. Sed nec legẽ nec gregem rex veſter unquam regio affectu curavit, at bene pedibus conculcavit, ſemper populũ novis cõtributionib. & extorſionibus pecuniarũ vexavit, extraordinariis ſumtibus & bello-

bellorum oneribus turbavit, pro libitu cives ditiſſimos ac optimos propter verum DEI cultum bonis & vita privavit, Statibus Provinciarum & urbibus celebrioribus reclamantibus per introductionem decretorum conciliabuli Tridentini privilegia earundem omnia jugulavit, inquiſitionem barbarohiſpanicam anguinariis edictis ſtabilivit, ad illicita & prohibita à DEO ſacra ſubditorum conſcientias vi & armis coëgit. Legitimus rex ab iis non ſolum criminibus, ſed & ſuſpicione eorundem vacare debet. Rex legem ſervat, paſtor oves paſcit, tyrannus omnia jura devaſtat, lupus oves devorat. Non igitur legitimus rex fuit Hiſpanus, ſed tyrannus populo Belgico, non paſtor fidelis, ſed lupus rapax, non pater ſed hoſtis turpis ac prædo pernicioſus factus eſt. Verum væ tibi, qui prædaris, quũ conſummaveris eſſe prædator, prædationem patieris; Quam Regi Epiſcopus Chiopenſis, Bartholomæus de las Caſas ordinis Dominicani monachus prædixit, teſtis oculatus deſcribens immaniſſimam Hiſpanorum tyrannidem & crudeliſſimã ſævitiam, qua tot myriades Indorum novique Orbis incolarum abſque omni cauſa propagandi imperii Chriſtiani, Romani

Papiſtici

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Papiſtici dixerim verius, excarnificatæ ſunt. Rectè ad rem Romanorum illud huc quadrat; Manlius fuiſti dum præcipites ageres Senones; jam quia unus factus es ex Senonibus, unde eos depuliſti, tu ipſe pręcipitandus es. Fuit olim Belgis rex; ſed eſſe deſiit Iberus: qui jure imperio excidiſſe, eodemque orbatum eſſe induciarũ tempore confiteri viſus eſt.

60. Contra conſcientiam tuam aliis falſum hoc crimen & nomen adfingis. Ex ſenſu tuo peſſimo & cauteriato pronuncias judicium tuum de aliis extra crimen poſitis; ſed peſſimè. Tibi quotidie ob oculos iſta querela verſabatur,

Multa miſer timeo.

Ideoque gratiâ regis impetratâ & colore adhibito rediiſti, ſemperque Emanſor appellabaris recte; qui cum diu vagatus eſt, ad caſtra tandem regreditur. In quo crimine cauſæ ſemper examinantur emanſionis, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit, &c. At, Lipſi, reſponde, apud Ordines ad multos annos cur vixiſti? ad profeſſionis munus non rediiſti! ad hoſtem aufugiſti? animũ cum cœlo mutaſti? anne mentiar? quia proditor fuiſti & ſecreta Ordinumreique publicæ arcana hoſti Unitorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

rum Belgarum nuntiaſti truculento atque acerrimo.

61. Nullus populus ſub ſole tam obediens ac fidelis ſuo Principi inveniri potuit, quam Belgicus, ſi ſecundum pacta cõventa in ſubjectione retineatur & gubernetur humaniter. At quæ cauſa excuſſæ reverentiæ? Tyrannis regis, rapacitas barbarorum militum, crudelitas ducum, civitatum vaſtatio, arcium ædificatio, legum & juris conculcatio, inquiſitio Saracenica, confiſcatio bonorum, &c. Teſtabuntur alii de Belgarũ reverentiâ erga Principes ſuos, quos ut Deos terreſtres ſemper coluerunt, quoſque non ſecus ac parentes ſuos liberi amaverunt, pro quibus caput ſuum periculis obiicere, ac profundere ſanguinem ſuũ minimè dubitarunt; adeò ut poſteri mirari nõ ſatis poſſint excuſſæ reverentiæ cauſas, quas magnas, juſtas & neceſſarias fuiſſe ſtatuent, & Lipſium ementitum fuiſſe judicabunt pertinaciam rebellionis.

62. Perſeverantia hæc eſt & conſtantia, non pertinacia. Bellum enim non levitate & inconſiderato motu ſuſceperunt, ſed prudentiæ ductu edocti ac neceſſitate ſuadente ſuſceptum, hoc periculis undiquaque imminentibus cum invicto quodam

mentis intrepidæ vigore continuarunt Batavi. Cauſa quippe ſumendi arma honeſta juſtaque fuit, & media gerendi bellum in promptu fuerunt multa, conſilium, pecunia, arma, miles, naves; eventus committitur Deo dirigenti res humanas. Ideoq; hactenus inſuperabiles perſeverant in propoſito ſuo honeſto, cujus honeſta cauſa eſt, ſimiliſque erit finis. Et cur nõ? Certe & Deo & cauſæ fidunt ſuæ, qua nulla juſtior honeſtiorve apud patriæ amatores reperiri poteſt; ut de ſua olim Pompeius M. inter milites loquutus fertur.

63. Fœdera infida & vana vocas Rerumpublicarum fulcra. Quo vadis? Inter inſtrumenta, quæ quinque ſtatuis potentię conſervandæ & obtinendæ, ponis Fœdera, quæ non frangunt, non renovant contrahentes. Sic virtutem ſtolide vitium vocas. Sed rectius Domeſthenes arbitrabatur, Urbis Athenienſis opes eſſe ſocios, fidem & benevolentiam. Sapienter etiam Micipſa Rex ſentiebat: Non exercitus, inquit, neque theſauri præſidia regni ſunt; verum amici; quos neque armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide parantur. Nam nulla ratione commodiori communibus, iiſq; potentibus hoſtibus,

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

quam ſocietatibus & fœderibus occurri poſſe, dicebant Corcyræi. Facile enim vincuntur, qui non habent vicinos confæderatos. Vires quippe conjunctæ potentiores fiunt. Sapienter igitur olim Themiſtocles, qui Græcos univerſos eſſe pares dicebat Xerxis copiis immenſis, diſperſos teſtabatur perituros. Hinc à prudentibus docetur & inculcatur, quod via fœderum ad potentiam, ad res gerendas, ad res componendas tranſigendaſque valida eſt, recteque inita, electis ſociis qui animo, opibus, milite & ſcientia militari valeant & in proximo habitent, ad bellum injuſtè illatum repellendum, vel conſilio & arte impediendum, multum Reipublicæ conducit. Siquidem fœdera omni ævo inventa fuerunt, ut amicis armis hoſtes terrere, tuos tueri poſſis. Nimis igitur contemtim de fœderibus ſentit & ſcribit hoc in loco hujus epiſtolæ autor. Non diſputo an fœdera ſemper ſalutaria ſint eventumque ſperatum præſtent; neque litem moveo, an eadem omnibus contrahere liceat. Quæ ego cuncta aliis diſcutienda relinquo. Hoc auſim adſinuare, quod

Vim vi cohibere ſuperbam
Iura ſinant, &

natura

natura ipſa & ratio propter defenſionem omnes ad fœdera deſcendere jubeat. Nam hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim quacunque ope poſſent, à corpore, à capite, à vitâ ſuâ propulſarent. Hinc extra invidiam ſit, quibuſcunque tenduntur inſidiæ, eos adſciſcendis ſociis ſaluti ſuæ poſſe conſulere. Contemtus fœderum Britannos olim perdidit: Nihil aliud, inquit Tacitus de Britannis agens, adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non conſulunt. Rarus duabus tribuſque civitatibus ad propulſandum commune periculum conventus. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur. Monitum profecto veriſſimum, quod omnium ſeculorũ veritas comprobavit; ſed ſurdis auribus tamen ab hominibus de ævo in ævum acceptum. Creverunt per fœdera Helvetii & formidabiles facti ſunt; qui didicerunt ſingulorum pericula mutuiş viribus propulſare. Germanię Principes quamdiu mutua ope & ſanctiſſimo amicitiæ jure conjunguntur, ſeipſos ab injuria & ſuperbia potentiorum defendere valent. Certe Unionis Belgicæ diſſipatio, perdet

Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Provincias omnes, quarum hactenus ſalus ex Unione fuit; quam fœdera cum vicinis regnis, eorumque ſubſidia in ſolatium & ſubſidium belli manu liberali tranſmiſſa firmiorem reddiderunt. Illorum regum majeſtas, benignitas atque autoritas quamdiu inter Belgas ſuſpicitur, & iſti viciſſim Belgarum ſalutem, ſuorum regnorum incolumitatem agnoſcere poſſunt, poſt finitas inducias fœdera inter Reges & Provincias repetita, infida & vana non erunt. Præter hoſce fœderatos tempore hoc alios paravere & parant Ordines, nunc civitates ſpe vana tumentes, nunc Principes ultra Sauromatas & Alpes longe diſſitos, nunc à Chriſti Doctrina alienos, ejuſdemque apertos hoſtes, nunc ſine potentia proximos & invalidos, nunc egentem ac flebilem aliquam turbam contra dominum aſſumunt; à quibus omnibus, niſi ne animus fallit, ſanctæ illæ pactorum tabulæ multis quæſitis coloribus invalidæ atque infirmæ fient.

65. Adde hiſce, ſi ita viſum tibi, & ſuperatas. Fœdera populo Belgico ſocios & amicos fecerunt, navigationes attulerunt divitias & opes: quas ad potentiam adquirendam & ad bellum utiliter conficiendū neceſſa-

ceſſarias eſſe Principi ipſe tradidiſti olim. Quid igitur cauſæ eſt, ut imperii bellique nervum pecuniam, rem putes eſſe vanam & nullius momenti? niſi quis te cum Machiavello ſentire adſeveret, qui pecuniam non eſſe nervum belli, alibi ſcribit contra communem Politicorũ ſcholam & ipſam experientiam. Scis utique maritimas civitates florere per mercaturam & commercium, quod neceſſarium humanæ inopiæ ſublevandæ eſt ſubſidium, ut ea, quibus ſingulæ regiones egent, in eas importarentur aliunde: & ea, quibus ipſæ abundant, ex iis aliò exportarentur. Navibus ſuis remotiſſima quæque orbis terrarum loca ſcrutantur Batavi, & aromata, uniones, ſericum, aurum, aliaque, ex quibus Hiſpanus ingens tributum & vectigal quotãnis per ſuos colligebat publicanos, domum referunt, & in commune ærarium onera mercium coniiciunt. Navibus etiam ſuis ſe contra hoſtem ubicunque terrarum defendunt, in quibus olim Reipublicæ Athenienſis, imò totius Græciæ, ſalus apud Salaminem & dignitas ſtetit. Societas illa mercatorum navigantium ex privilegio Ordinum in Indiam Orientalẽ quantos fecit progreſſus? quas regiones & di-

vitias

vitias acquiſivit? quæ victoriarum trophęa exſtruxit? Sed ſi altera in Ind. Occidentalem bonis auſpiciis tandem à Belgis tentaretur, quos fructus toto Orbi non daret? quem non Hiſpano incuteret metum? qui gentibus tremendus hactenus, ipſe ſuo in ſolo ſpretus contemtuſq; jaceret, qui bellum nationibus excitaverat, eædem pacem invito darent.

65. Superius Batavis adfricare voluiſti maculam ſuperbiæ & ſtoliditatis: quod tum diximus peſſimè à te fieri ac falſo. Sed, quia videris eadem repetere hoc in loco vitia, quum modeſtiæ aurã & bonæ mentis frugem ab ipſis ſubducis, in tuum ipſius ſinũ inſpue. Ea eſt tua modeſtia ſc. ut te omni rerum generi, id eſt, iis quę in aquis, in terra, in aëre, in cælis & ſupra cælos ſunt, compararis: quam tamen virtutem tibi ingenitam, non adſumptam eſſe gloriaris. Sed, quia facilius eſt alterum reprehendere quam ſeipſum noſſe, melius de aliis ſentire & ſincerius ſcribere debuiſſes.

66. Poſt epiſtolam hanc ſcriptam omnia conſilia, eorumque eventus docuerũt, Hiſpanos eam tanquam cynoſuram in rebus agendis ſequutos fuiſſe. Sed eò res rediit, ut per has tamen inducias Belgæ per Unio-

Unionem ſuam vivant, & à Rege disjuncti ſua autonomiâ & imperio gaudeant. Præcavebunt Ordines, ut Lipſianum illud reſponſum (Occaſiones inter ipſos diſſidiis damus) locum habere poſſit: niſi fortè ex ſchola Theologorum, apud quos ut plurimum moderata conſilia ac ſyncretiſmi exulant, flammæ diſſidiorum & contentionum ad ſubſellia Politicorum ſint aliquando avolaturæ cum extremo Provinciarũ exitio. Satis, ſatis ſpem Hiſpani promovẽt, qui turbatores pietatis, jam dudum infames, tolerant & promovent. Disjunctionem hanc à Rege in pace ſanciendâ diſſuaſit Lipſius; in induciis impetrandis ſuaſerũt prudentiores, ut per disjunctionẽ hanc, deinde firmiori vinculo conjunctionem aliquã, ſubjectionem puto illiberalẽ ac ſervilẽ, obtinere ac habere pro ſuo Domino poſſint. Sæpius reſcripſerant Ordines, non poſſe colloquium vel tractatum de pace vel de induciis inſtitui, niſi anteà Rex Confæderatos Belgas liberos & omni ſubjectioni exemtos declaraſſet, proque vicinis ſuis, in quos nullum jus prætendere poſſet, agnoviſſet manu ſigilloque ſuo. Rex eos maturo conſilio à ſe disjunxit, id eſt, pro vicinis ſuis & non ſubditis populis

agno-

agnovit, atque libertatis Reique publicæ ſplendida nomina reddidit. Hanc disjunctionem à Rege eſſe factam ſcimus, credimuſque Hiſpaniæ regi eandem utiliſſimam fuiſſe, quam induciis duodecim annorum exſpiratis non ſolum eludere conabuntur multis æquivocationibus æquivocationum magiſtri Lojolitæ, ſed iidem effrontes & mendaciſſimi monachi eandem Regis aggregationem nunquam extitiſſe in gratiam Regis ſui corã toto mundo ſine ullis ambagibus ſuſtinere adlaborabunt. Quid enim perfida illa Lojolæ factio non tentat? non conatur? nõ perficit?

---Dum populariter
Mactare reges Chriſtianos & docet &
furialis audet.

De qua omnium fermè extant nationum querelæ. Sed vincet tandem veritas, cui inde nullum præjudicium creabitur, & iſto agendi modo ſeſe Ethnicis pejores eſſe declarabunt, ſequentes veſtigia non cæleſtia Cæleſtini Papæ, qui brutum animal reputatus fuit, propterea quod ſemel conceſſa & data, vel negare vel revocare pro libitu ſolitus fuerit. Sed quid ſcribo de induciis exſpiratis? durantibus iis talia audẽt nefarii gnathones in aulis Regum ac Principum

cipum ſpargere, & magnâ cum impudentiâ annituntur ſanctas induciarum tabulas malitiosâ interpretatione evertere. Unde mihi ſuſpicio oritur, cum Hiſpanis, quorũ miniſtri ſunt Lojolani omnes, pacem firmam ac ſempiternam haberi poſſe nunquam, quamcunque etiam offerant legati & alii in ſcriptis crepitant. Nam juris Canonici ſeu Papani capitulum eſſe falſum opinantur, quo reſervationes illę mẽtales damnantur omnes, quibus ſimpliciores circumvenire & decipere ſolent. Quacunque arte verborum, ait Iſidorus, quiſque jurat, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui juratur, intelligit. Provincias Unitas à ſe disjunxit Rex juramento, cujus rupti vindex cum ſit Deus, ille eos, qui mala fide & dolo hoc in perniciem Belgarum adlatrant variis calumniis, certiſſimè confundet & puniet.

67. Religionem præteris ſciens. quia nihil ea ad edictum Prætoris, ſecundũ Cujacium. Veram, quæ Chriſtianorum propria eſt, religionem an habueris, unquam dubito; quod falſam & ſimulatam, quæ hypocritarum eſt, ubique terrarum circumtuleris, pro experto habeo: at tandem, ne mo-

ne moribus antiquis te ſemper vixiſſe cõſtaret, ex cerebro tuo tibi propriam fabricaſti, quam vix unus aut alter Papicularum ſequitur, qui Mariam Divam Deamque paſſim appellas; quam prudentes & benè inſtituti Catholici (ita idololatræ audiri volunt) neque Divam neq; Deam vocant. Nihilominus tamen, ne tua epiſtola & conſultatio claudicet, de eâ religione videri cupis cavere, cujus jam bis feceras mentionẽ, religionem & regem utroque in loco conjungens. Hæc autem eſt, quæ vulgo Romanẽſis appellari ſolet; cujus ita inter prima habendam eſſe rationem Magiſtri veſtri cenſent, ut vel retineatur cæca ſuperſtitio cum omnibus cæremoniis, vel etiã reſtituatur ejecta & profligata. Vix ſperant itaq; pii de religionis Orthodoxæ propagatione, deſperãt de tolerantia, certi ſunt de exſtirpatione ejuſdem unà cum gentis internecione conſilia veſtrorum Antiſtitum fervere. De iſtis omnibus non ſinunt nos dubitare fervida ſcripta Lojolanorum, quæ ab cunctis legi cum judicio poſſunt.

68. Quietem ab armis omnino neceſſariam eſſe Regi veſtro oſtendiſti; quia verò ea vel perpetua vel temporaria eſt, de

priori

priori deſperaſti, de poſteriori verò adhuc ſperas ſpiraſque. Ad inducias itaque magis inclinas. Noveras enim induciarum artibus regna ac Reſpublicas, quæ bello vinci non poterant, olim everſas fuiſſe. Sed tamen paucis tuæ opinationis rationes examinabimus.

69. Falleris, Lipſi, in ratione hac, & genio tuo indulges. Grave enim fuit patriæ præſidibus audire de induciis doloſo animo petitis, quas non facilè hoſti dandas gravis ſcriptor notat. Nã Froto Daniȩ rex adfirmabat, non oportere hoſtem iis armare, ne inſtrueretur novis conſiliis & auxiliis. Inducias enim & legationes novas, in bello ſemper dolis novis & fraudibus munitas eſſe, experientia probat. Gloriabantur Romanorum legati, per inducias & pacis ſpem Perſeum Regem deceptum eſſe; ac addebant, vana allicere opinione pacis, artem belli, non perfidiã eſſe: quam tamen artem Prudentiores in Sen. Rom. verſutiam Punicam, Grȩcã calliditatem & dolum malum appellabant. Hinc eſt quod frequẽtibus induciis de induſtria petitis conatus & inſultus Turcarũ contra Germanos promotos fuiſſe multi credant. Illud enim iis conſequuti ſunt, ut ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

improviſo deinde Chriſtianos ſecurè de-
gentes fuerint adorti, facilemque victo-
riam reportaverint. Simplicitas ſæpe de-
trimento fuit Reipublicæ & nimia credu-
litas; ſalutaris verò diffidentia profuit. Ma-
jora bella parat & magnum aliquod medi-
tatur malum, qui abjectis armis palmam
hoſti ſuo protendit ac obtrudit. Sed an o-
pinaris, Ordines facilius de induciis, quam
de pace audituros? Cauſam tuæ ſententiæ
non allegas, quam alii rerum in Belgio
geſtarum haud ignari cernunt. Quotiens
enim ſuperiori ſeculo proditiones novæ
inventæ, conſilia fraudeſque fabricatæ,
conſpirationes initæ contra Unitos Belgas
erant, & jam jam ex occulto in apertum
producendæ, totiens præcedebat hone-
ſtiſſima pacis petitio ſive oblatio, eamque
ſubſequebatur Ordinum cōventus, in quo
tandem pax turbatis commotiſque Pro-
vinciis reddebatur, quam ſub edicti perpe-
tui, perpetuæque pacis nomine promul-
gabant Regii, & Ordines recipiebant (ve-
nia enim & ſimulatione opus erat) vel
quando ea haberi non poſſet, varii multi-
plice ſque aſſaſini atque ſicarii ad ſceleſtiſ-
ſimum facinus conducti in duces & mili-
tiæ præfectos emittebantur. A quo tamen
ſcelere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſcelere præſtantiſſimi quique & Magnanimi Duces alieni fuerunt. Perſarum regi Dario id exprobrat & obiicit crimen Alexander Macedo; Impia, inquit, bella ſuſcipitis, & quum habeatis arma, licitamini hoſtium capita: ſicut tu proximè talentis mille, tanti exercitus rex, percuſſorem in me emere voluiſti. Exempla quę in Belgio evenerunt, & annos, ordine nõ recenſebo. Sed impiè pariter ac turpiter ab Hiſpanis decipiebantur Belgæ. Nam neglectâ fide ac honeſtate contemtâ celeberrimæ iſtæ pacificationes æquivocatione aliquâ fuerunt everſæ. Quod enim ex uſu recte ſentientium Belgæ credebant nullo ſine terminari debere, id callidâ ac doloſa interpretatione Hiſpana natio pro annuo intelligebat. Perpetuum quippe aliquando in jure idem eſt ac annuum. Quare cenſes non uſitato nomine pacis, quod inſidiarũ tegumentum hactenus fuerat, Belgas capi, at in ſolito induciarum prætextu circumveniri poſſe. Verum ſi conſilium futuri ex præterito venit, piſcator læſus tandem ſapere diſcet.

70. Experientia te confutavit in hoc, ut etiam in altero membro. Magna, multa gravia impedimenta fuerunt in condi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

tionibus & pactis, quæ eò plura provenerunt, quo fuit perſonarum & cauſarũ major diſſimilitudo. Mare liberum quædam reſecuit & diſſolvit, reliqua gravamina per vicinas regiones de induciis Belgicis lepidum emblema hanc habens inſcriptionem monſtravit:

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Deſperabant enim multi prudentiſſimi Viri vehemẽter de induciarum ſucceſſu propter obſtacula nimis multa. Magnifica verborum promiſſio & ſplendida quietis publicæ oſtentatio facilè in meras nugas evolaſſet propter moras Hiſpanorum, quas in pacis actionibus nectere norunt.

71. Tanti emit rex inducias, quanti tu pacem non eſſe comparandam anteà cenſebas. Ideoque res utrinque imminutæ nõ manſerunt, quia disjuncti ſunt à Rege Provinciæ Unitæ: at non ſine fraude in ſpem eos capiendi per Principum artes, *veniam* nempe & *ſimulationem*. Aliud tamen innuere videris hiſce verbis, ut tempore induciarum exſpirato bellum de novo redintegrare liceat. Sunt enim induciæ bellorum feriæ, teſte Varrone, quibus finitis partes rurſus ſunt in armis. Nam inſtau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ſtaurandis reparandiſque bellis apta gens Hiſpana.

72. Indignus eſt beneficio legis, qui in legem committit, & fruſtra legem implorat, qui contra eam proterve peccat; paſſim ſcribere & docere I C^{tos} video. Sic indignus eſt auxilio & autoritate Principum Germaniæ is, qui quoties lubet, Principum reſcripta, interceſſiones & legatos contemnit & cum ſupercilio ridet. Sævo illo Albani tempore reſpondebatur Imperii legatis, res Belgicas ad Imperatorem & Germaniæ Proceres nullo modo pertinere. Idem ille Albanus quid non impunè contra Principes dixit fecitque, quod Imperii majeſtatem Principumque dignitatem læderet? Quid non Mendoza libidine perdendi vicinos ſolâ abreptus cum exercitu exercitatiſſimo ruens in ſolũ Germanicum auſus fuit tentare? Actus hoſtiles cæteros mitto. Sanè contemtus Principum haud levis eſt eos monentes & rogantes nolle audire, ubi vi & armis omnia vaſtat Iberus & ſævit pro nutu: ſic non minor ignominia eſt Principum', eorum autoritatem velle implorare in rebus minus proſperis, qua abuti conſtituit Hiſpanus ad promovendum deſtinationem ſuã & deci-

piendum Ordines, imo per eos vicinos reges & Reſpublicas.

73. In his verbis occultatur venenum, quod Punicum eſſe creditur dogma & novi Doctoris ab Hetruria præceptum. Fides accipitur, fides datur, ut pacta conventa deinde ex commodo & utilitatis pondere rumpi diſſolvique poſſint. Vafer iſte ſimulator Lyſander, quum pleraque deceptionibus perageret, ac juſtum in ſola utilitate, & honeſtum in commoditate eſſe putaret, veritatem quidem mendacio potentiorem eſſe dicebat, ſed utriuſque dignitatem & honorem uſu definiri. Sed veteres Romani omnium maximè fidem coluerunt ſanctamque habuerunt, tam publicè quam privatim. A quorum veſtigiis receſſit Simonis, non Petri ſed Magi ſucceſſor, Romanus ille Lucifer. Quid enim difficile Regi? quid turpe? ſi reſtituit Regem in integrum Papa, apud quem juramentũ propter abſolutionem, inane nomen, jocus ac ludus eſt. Nam ſolet inter Papam & pacem hoſtilitas eſſe maxima. Eo igitur Regẽ abſolvente ab nexu fidei publicæ & conſciẽtiâ juramenti, non ægrè nec turpiter creditur ſolvere Rex leges, ſed honeſtè cum aperto ſuo bono. Iulius ſecundus Papa jactitabat

tabat ſe fœdera & ſocietates cum Gallis Germaniſque, quos ipſe barbariſſimus Barbaros appellavit, nõ aliter contrahere, niſi fallendi cauſa. Treviſanus Senator Venetus & D. Marci Procurator diſſerit & aſſerit, proprium id cenſeri Pontificum, non curare promiſſa. eſſeque ſtatutum, ut Eccleſia, nullo obſtante contractu, nullave promiſſione, adepto novo aliquo beneficio, poſſit retractare obligationes, & contra eas etiam diſertè venire, quas peregerint prælati ſollenniter. Unde certum fit, minus tutò licere cum talibus, quorum dextera eſt dextera falſitatis, ullum fœdus inire, quam cum Turca. Egregias certè inducias eſſe oportet, quarum diſſolutio tantopere cum fraude, quæ diſtringit, non diſſolvit perjurium ſperatur; quum Hiſpanorum inquieta, avidaque in novas res ingenia novimus. Sed quemadmodum Ageſilaus Tiſſapherni Perſarum duci poſt violatum fœdus per legatos gratias egit, quod perjurio ſuo & Deos & homines infenſos ſibi reddiderit; ita ſine dubio Belgæ circumventi implorabũt imprimis DEI opem, deinde majoribus viribus & animo imperterrito contra vim ſceleſtã opponent arma quæcunque, ac tandem aliorum regum ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ducum auxilia rogabunt, ſi perjurio nobili decipiantur improvidi; Conſolabatur Demoſthenem quod, quum pacem injuſtè Philippus M. rex fregerit transgrediendo fidem publicam & juramenta diſſolvendo, ipſos Deos conſtituerit auxiliatores & maximos defenſores Athenienſium cauſæ. Quoniam ex ſententia Meſſeniorum, difficile eſt perjurum hominem latere ac effugere Deum: quem majoris impietatis eſſe, quam atheum nemo ambigit. Hic enim, quem non novit Deum, non magnifacit: ille, quem novit omnipotentem deſpicit & contemnit. Quos nulla numinis divini reverentia, & metus vindictæ continere poteſt, illos docere omnino debebat perjurii infamia, turpitudo ruptæ fidei, conſcientiæ ſtimulus, denique clades illa luctuoſa ad Varnam: de qua Hiſtoricus agens ſic ſcribit; Adeo conſenſu experientiæ perpetuæ certum eſt, nulla fuiſſe unquam felicia & ſalutaria vel fœdera cum Pontificibus facta, vel bella de horum conſilio ſuſcepta & adminiſtrata, præſertim ubi cauſæ fuerunt aliqua religionis ſpecie veſtitæ, aut cum fuit ſpectata & quæſita dignitatis aut potentiæ Pontificiæ amplificatio. Denique pactas inducias & fidei vin-

vinculo firmatas ut violet rex, multas oc-
caſiones habet.

74. Commoda quietis denuo inculcas, & de induciis ſcribens repetis: quę quidem probamus omnia, at ſuſpecta ſunt propter inſidias, quas fabricabunt emiſſarii & ſpeculatores veſtri ſub colore boni publici ſine ullo ſuſpicionis periculo.

75. Videris hiſce vocabulis res diverſas notare, quas tamen in tuis ſcriptis habes pro iiſdem. Itaque nec Deus tuus, nec fatum, nec fortuna nos turbant. Inania enim verborum fulgetra ſunt, quæ detexit & contemſit de Fato agens ſcribenſque adverſus te Tomſonus. Jam Deus tibi eſt fatum, & viciſſim fatum eſt Deus, fortuna eſt fatum, ipſa ratio eſt fatum, denique fatum tibi eſt omnia in omnibus. Verũ quia præteritis ut plurimum futura ſimilia ſunt, & judicium ſumere de utroque licet, non dubito quin proditiones & fallaces machinationes contra Rempublicam Belgicam, quam pacis nomine & prætextu ſæpius jugulare Hiſpani ſtuduerunt, hoc loco ſignifices.

76. Poſtquam tu, magiſter juris & moris probi ſcilicet, rationibus ſive veris ſive falſis tuam ſententiam firmaſti, non

fruſtrà etiam exemplo eandem probare conaris. Exemplum ex hiſtoriâ Auguſtâ in medium adducis & ob oculos ponis nobis: ſed, quia tu ſciens dolo malo præteris Rei Romanæ ſcriptoris integerrimi quem ſapientiæ ſimulet prudentiæ verum ducem nominas verba ac judicium, illud adſcribam. Is enim vitia Octaviano Auguſto objecta & crimina recenſens, de hoc facto ita refert; Sanè Caſſii & Brutorum exitus paternis inimicitiis datos, quanquam fas ſit privata odia publicis inimicitiis remittere: ſed Pompeium *imagine pacis*: ſed Lepidum ſpecie *amicitiæ deceptos*: poſt Antonium Tarentino Brundiſinoque *fœdere, & nuptiis* ſororis illectum *ſubdolæ adfinitatis* pœnas morte exolviſſe: pacē ſine dudio poſthæc, verum cruentam. Animadverte lector ad verba hæc graviſſimi autoris, cujus autoritatem perversè citat hujus epiſtolæ autor. Devicit hoſtes ſuos Octavianus Auguſtus deceptos & illectos imagine pacis, ſpecie amicitiæ & ſubdolâ adfinitate. Vetus hoc eſt, ſcribis; fiet novum, ſi eadem adhibentur media: quæ ſive licita ſive illicita ſint, haud multum curas, dummodo finem conſequaris conſilii tuum, qui eſt Reipublicæ Belgicæ ever-

everſio. Conſilium inſtillas liberis populis noxium, ut ſpecie amicitiæ Belgas nimis credulos & pacto publico fidentes Rex ad exitium tandem præcipites ducat. Duodecim enim annorũ induciæ, ut opinaris, animos Belgarum emollient, & quos non longa pax veniens vidit concordes, feroces & animoſos, hos Mars rediẽs diſcordes, ſegniores & effæminatos inveniet. Verum, quia cervices gladio præbere durũ eſt, cavebunt illius Reip. Cuſtodes, quantum ſagaci curâ poſſunt, ut dolus vel in caput autoris recidat, vel prudentiâ conſiliove eorundem in fumum abeat. Nam Chabrias adſeverabat, proprium munus optimi magiſtratus atque officium ducis eſſe naturam, conſilia & res hoſtium quam maximè cognitas habere. Idcirco Fabio maximo prudentiſſimè monenti reſpondit recte Pub. Scipio Imperator juvenis tranſitum in Africam cum exercitu parans; Syphacis & Maſaniſſæ regum, inquit, fidei ita innitor, ut veriturus perfidiam ſim. Exemplũ hoc à Lipſio allegatum naturam & conſilia hoſtis, ruinam & interitum Unionis Belgicæ procurantis per dolos fraudeſque, quas nemo niſi peſſimus adprobabit, manifeſto ob oculos ponit. Hoſtis inquam

Hiſpa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Hiſpani: cujus proprium eſſe ſcribit Politicus, eos quos ad ſervitutem aut cædem deſtinavit, humaniter initio tractare.

77. Bello cum externis hoſtibus finito, tibi perſuaſeras Batavos poſituros animum, & aut ſponte aut vi venturos ſub leges. Verum iis etiam ſepoſitis & pacatis, nihilominus reſpiratione aliquâ & quiete egebat Rex. Imitatur veteres Romanos, quibus ultrà hoſtem hoſtis non erat. At hoſtis Batavus inſtar hoſtium compluriũ fuit acerrimus; qui, quo majori premitur vi, eò fortior reſurgit inſtar palmæ, & vires adſumit robuſtiores. Ideoque non fruſtrà gravi fortè ſuſpirio concuſſus tremulâ manu mentem tuam anxiam exprimis, quando ais, & egemus. Adeò neceſſaria fuit reſpiratio & quies ab armis, ut rex caduceatorẽ monachum mitteret, qui pacem oraret, inducias peteret. Exhauſtum quippe ærarium erat, & aurum argentumque in vilius metallum commutatum arte novâ. Hinc nobis ſpes eſt, non tam ſcripturam, manum atque ſigillum, quam vim atque neceſſitatem Regem ad fidem ſervandam adigere. Eâ verò neceſſitate ceſſante, denuo arma undique ſpirabit rex, ubi auri argentiq; copioſam vim ex Indiis collegerit.

78. Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

78. Pacem ex animo te velle ac optare hactenus videre non potui, neque video propter ea, quæ hoc in loco ſcribis, verba: quia induciæ non ſunt tibi reſpiratio ad pacem honeſtam & tutam, ſed quies ab armis ad arma, ut viribus reparatis, diſciplinâ emendatâ, theſauro collecto, bellum de novo redintegrari commodè ac utiliter continuari poſſit. Inſidioſa igitur pax eſt, quæ expetitur; & quies ab armis doloſa, quæ impetrata eſt. Nam pax eſt non in armis poſitis, at in abjecto omni armorum metu. Hunc fucum quis non prævidit? Vicinus vicino ſecuritatem debet ex jure Gentium; quid ni igitur ex conventione quieſcens hoſtis hoſti ferianti? Ideo Tiſſaphernes non ſervaſſe inducias dicitur, qui ad bellum intereà ſe compararet. Et Juſtinianus Imperator accuſatur, quod pacem primus ſolverit, quum per inſidias fœderum tempore arma caperet. Denique fidem jam fregiſſe cenſetur, qui vacillat & deliberat, an ſervet. In ipſa enim dubitatione facinus eſt. Sed quia perpetuo verũ eſt, in victores victoſque nunquam ſolidam coaleſcere fidem, voluntas facultaſque nocendi perdendique Belgas perpetuo apud Hiſp. manebit. Si finis diſcernit actio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

actiones humanas, certè hæc emendatio diſciplinæ militaris ſatis conſilia fraudulenta in lucem trahit, ut nempe metu Batavos contineant & premant, ac ab hiſce tutiores maneant Hiſpani bellatores iſti, quos citius an facilius olim oppreſſerit in ſuo ſolo Scipio, ignoratur. Si militiam ſuã emendant & diſciplinam militarem arctioribus legum vinculis corrigunt Iberi, emendabunt & ſuam Batavi & utramque fortunæ paginam cum bono Deo ſequentur: qui hactenus illi Regi reſiſtere auſi fuerunt, qui Antiqui Novique Orbis ſeſe dominum & Monarcham venditat.

79. Variis cautelis epiſtolam tuam munis. Culpam omnem deprecaris & libertatem, taciturnitatem precaris & ſilentium.

Nam nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe loquutum.

Cum Salluſtio ſciebas, quam difficile atque aſperum factu ſit, conſilium dare regi aut Imperatori. Nam non ſatis tutum eſſe putant nonnulli, de bello & aliis Publici juris articulis ſcribere, quia reperiuntur Principes, qui poſſunt proſcribere. Nemo exitu rei obligari debet. fidem quippe præſtare, non eventũ, tenetur; metuis tamen malum hunc

hunc morem, quo conſiliarii pœnis ſubjiciuntur eventum conſilii non præſtantes. Eſt omnino iniquum, ſed uſu receptum quod honeſta conſilia vel turpia, prout malè aut proſperè cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur: Nemo tamen te laude, ſed reprehenſione dignum judicabit, qui toties turpia laudaſti, & fallacia argumenta in medium adduxiſti cum probro tui principis.

AD LECTOREM.

Habes, B. Lector, ſubitò à nobis exaratas ad hanc Iuſti Lipſii epiſtolam adnotationes, quas ex variis prudentiæ autoribus congerere ſatius eſſe duxi, quam ex propriæ opinionis oſtentatione in chartam coniicere. Docebit te finis præcedentis & initium præſentis ſeculi, ac in eo rerum ab Hiſpano ſuſceptarum geſtarumque ſeries, quã accuratè omnes Regis conſiliarii, vel ſaltem ii, qui ſecretiora conſilia tractant, hanc epiſtolam tanquam cynoſuram in conſultationibus ut & Diſcurſum F. Campanellæ ſequuti fuerint. Pueri muſicam ad tabulam diſcunt, conſiliarii domi militiæque hoc

Lipſii reſcriptum ante oculos habuerunt. Erunt in hiſce meis quædam quæ placere poſſunt; multa, quæ diſplicere. Nō enim voto vivitur uno. Ex iis omnibus cernes me cupere unitis Belgis eſſe quam optimè, eorumque hoſti quam peſſimè. Habet Belgarum Reſpublica, quæ plurium gubernationem amplectitur, moderatores plurimos, inter quos multi reperiuntur qui per ſe ſapiunt ac ſubditorum ſalutem in corde geſtant: & quidam forteam eſſe poſſunt, qui populi opes ac pecuniam magis amant. Sed ut illi omni honore ac amore judicantur digniſſimi, qui cum poſſunt nocere, nolunt, & ubicunque poſſunt, prodeſſe ſtudent: ita iſti non ſine cauſa ſubditis ſuſpecti eſſe debent, qui cum per autoritatem nocere poſſunt, etiam animum corpuſque corruptionibus exponere poſſunt, capaceſque manus cuivis & ubivis porrigere non erubeſcunt. Vtinam nunquam Hiſpano, cujus

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa, potentius
Ictu fulmineo.

Quo olim

Diffidit urbium
Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos
Reges muneribus.

Deum

Deum verò precare, Lector, ut illam Belg. Rempublicam, quæ vires Hiſpani attrivit & reliquis gentibus libertatem conſervavit, tueatur clementiſſimè, ejuſque principes ac magiſtratus, uſu & ætate verendos atq; Chriſtianæ religionis zelo tinctos cõſervet, prudentia ac juſtitia ornet, cives omnes ac amicos plurium gubernationis amore & odio in perſequutores inflammet, denique hoſtem bonorum, juſtorum oppreſſorem, Antichriſtum Romanum ejuſque ſatellitem Hiſpanum premat & coërceat, ut tandem totus mundus ad Dei gloriam ſinceram illam & per multa ſecula optatam pacem, non fucatam, non fraudibus Romano-Hiſpanicis permixtã, ſed candidam, ſed fidam, quam pii & cordati viri, non ſeculares iſti miniſtri Lojolæ ſocii ſancivere, in verâ pietate & Chriſtianâ charitate perſentiat.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

COMPARATIO

egregia adverſus pacis defenſores, incerto Authore.

La pace & l'otio è cauſa de la rovina de tutti lodevoli atti, Perchioche ſi come l'acqua ſtagnante in pozze, in foſſe, in Lacune, che no habia moto alcuno, ſubito ſi putrefa, & genera vermi, roſpi, biſcie, & mille ſimile diſaventure, &c.

Ad VI. Notam hujus Libelli denuò repetitur ille Protheus olim decantatus extra Romam ultra biennium prælo mandatus. Hic autem in hos antenominatos Martyres, Clementes [1593.], Barrieros [1589.], Caſtellos [1594.], Ravaillacos [1610.], Parrios [1584.], Squirreos [1599.], Girardos [1584.], Pannios [1598.], Renichios [1594.], Fourios, Patres, Gueretos, Guignardos, Garnetos [1606.], Regicidas, & Regnorum incendiarios non ineptè quadrare videtur.

Sons, Sphynx, Stryx, Mors, Nox, Styx,
Fraus, Trux, Fur, Latro, Monſtrũ.

Hic verſus verè verſus nuncupandus eſt, à naturæ proprietate, quia pluſquam

3628-

3628799. verti poteſt, ſervato metro, & immutatis verbis.

Hic unà licebit adiicere quoddã Chronologicum notatu digniſſimum, ab omnibus perlectum, ſed à nemine hactenus intellectum.

FILIVs *ante* DIeM *patrIos* In*q*VIrIt In *annos*.

Annus 1568. quo Carolus Philippi II. Hiſp. Regis Filius.

Nonnullus obſtupeſcet mirabile vaticinium ab Ethnico prolatum, qui ſuperioribus longè retrò ſeculis, quo Chriſtus in mundo verſaretur, prædixit de rebus, quarum eventum noſtro ævo experti fuimus. Hujus arcanum peritiores perſpicaci animo intueantur, ignaroſque erudiant, idque tamquam fatum extollant. Sufficit Authori paucis ſuam inventionem proponere, alii quibus otium ſupereſt, acumen verſus altiùs ponderent.

Nuper cùm illuſtriſſimus Ludovicus Princeps Palatinus. Dux Zimeranus, &c. in Hollandiâ ſubſiſtebat, tam comiter mecum egit, ut conjecerim ex frequentibus colloquiis eum nihil plus appetere quam bonarum artium ſtudia; quò incitatus fui, ei communicare meum Protheum, cujus artifi-

artificium non ſine admiratione perſpexit. Quid jam ſentiet de meo Chronologico, mens avet ſcire. Quiſnam tanti Principis Judicium non magnifaceret, qui apud omnes ſummo honore eſt celebrandus, pręſertim apud eruditos, partim propter ingenii ſolertiam, & miram animi perſpicaciam, partim propter innumeras alias virtutes quibus hæc generoſa pubes prædita eſt. Glorior me ſervare ejus chirographum pro ſingulari honoris charactere in meo Libro gentilitio inſertum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ERYCI PVTEANI
BELLI ET PACIS
STATERA,

QVA

INDVCIÆ,

Auſpicio Regio

Inter Provincias Regias & Fœderatas
tractari cœptæ, expenduntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino

D. FRANCISCO de MONCADA,

Marchioni de Aytona, Comiti de Oſſona, in Provinciis Belgicis, terra marique, BELLI & PACIS *ſummo Præfecto.*

Illuſtriſſime & Excellentiſſime Domine,

BElli finem pacem eſſe, omnis Antiquitas, ſapientiæ rationis, naturæ ductus docuit: armis vero vel conditionibus, victoria vel amicitia haberi. Nuper quidem finem, non finem, Belgæ adepti, felices, an infelices fuerint, dubium eſt. Quo enim gaudio ſemel abruptum eſt bellum, dolore rediit; tamquam gravior quietem labor ſequeretur. Sed univerſi hæc terrarum Orbis arma ſunt: Regia, & in Regem. Bellum unum, omnia bella: unum enim involvit omnes. Poſt breve igitur otium, & imaginem velut pacis, duriora & infeſtiora omnia.

Cum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Cumque jam hoſtium creſcerent vires & animi, tua Auctoritas, id eſt Regia, Legatione Germanica nobilis, & uſu rerũ inſtructa, maturè interveniens, ſolido conſilio, veluti fulcro, res labantes ſuſtinuit. Virtus quoq; tua bello feliciter finiendo par erat, ſi tam facile interna vitari mala & pericula potuiſſent, quã externa vinci. Ab ultima quidem conjuratione Baucinienſi nonne reliqua nutabat ſecuritas Belgii? Quia tu regebas, celerius neſcio, an felicius doloſi incendii flamma extincta eſt; nec una provincia conſervata. Sic verò quia majori jam molimine gerendum erat bellum, in hoſtem educis exercitum: & ut amplius quam pugnares, paſſus es victoriam Pace æſtimari. Bonum factum. Conditiones tractari cœptæ, animos omnium utrimque ad ſpem Induciarum, & novum belli finem erexêre. Ego à perilluſtri I. WOVERIO, Aerarii Aſſeſſore (qui ad belli Paciſq; conſilia etiam libenter litteras advocat) inter-

terpellatus, ut Induciarum negotium expenderem; Viro Magno obſequi, officioſum putavi; ſuave, Amico placere. Quid? Munere meo tituloque uſus ſum, & Belli ac Pacis momenta trutinans, quandam velut Stateram delineavi. Delineavi, inquam; ſed ut tuam facerem, & Excellentiſſimo nomini tuo conſecrarem. Facio, conſecro, tua eſt: magis etiam, ſi examine tuo dignam exiſtimabis. Quia ſtudia mea Pacis ſunt, etiam conſilia: ſed argumentum ampliſſimum, quia eloquio non potui, voto complexus ſum. Volui enim, quantum Regi meo debeam, brevi hoc ſcripto profiteri. Vale, Illuſtr. & Excell. Domine, &, quo loquentem me affectu audire ſoles, nunc ſcribentem ama. Tua audens virtute aut ſperare Pacem, aut bellum non timere, felix ero; meamque felicitatem tuæ incremento gloriæ metiar. Felices autem ipſæ ſic eſſe Litteræ incipient. Lovanii, in Arce, 6. Kalend. Iunii, 1633.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ARGVMENTVM IN CAPITA SVA LITterarum numero diſtinctum.

A. EXordium à conſilii ratione. IO. VVOVERII, *Aerarii Regii Aſſeſſoris, laus, belli conſilia ad Pacem vertentis.* STATERA *belli & Pacis, opus eſſe , ut Induciæ expendantur.*

B. *Belgii vario Marte deformati facies. Miſerum fuiſſe, ut quieſceret; rediiſſe ad arma, ut miſeriis augerentur. Dictionis lineamenta.*

C. *Bona Pacis Induciis, tanquam indiciis, manifeſta eſſe: belli etiam mala hinc magis nunc deprehendi.*

D. *Quid Induciæ, & quanti faciendæ.*

E. *Pacis & belli comparatione ſuadentur. Arma nonniſi quietis cauſſa eſſe: in longum durare non poſſe, niſi ut mala fiant.*

F. *Quid potiſſimum Belgæ bello paſſi: bello, vitiis tandem ſuis in ſenium provecto.*

G. *Damna privata & publica.*

H. *Majora etiam pericula imminere, niſi à quiete remedia ſint.*

I. *Inclinatos in Pacem hoſtes eſſe; eſſe ipſum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

belli ducem AVRIACVM; *ſed Regem noſtris imprimis malis invitari. Hoſtes, non jam auctores belli, ſed heredes, aliorum pugnare viribus: prodeſſe poſſe, ſi amici fiant.*

K. *His ipſis niſi parcatur, lædi maxime ſubditos, proniores in obſequium, quo à ſervitute remotiores ſunt.*

L. *Lædi ipſum Regem: quem unum in una provincia omnes oppugnant; bellum ſic quidem ſubſidiis ſuis æternum facturi.*

M. *Incertam hic victoriam eſſe, fortunam cæcam:* Fœderatos *ſapere, qui ne in victoria quidem fortunæ credunt.*

N. *Sapere Corinthiorum, Athenienſium, Romanorum exemplo. His enim ſpreta aliquando pax, calamitas fuit.*

O. *Nos moneri maxime, ut eodem exemplo utamur, tarda jam & enervi mole bellum trahentes: moneri ab ipſo hoſte. Tuta dubiis, quieta turbidis præferenda eſſe.*

P. *Regem noſtrum, Maximum eſſe, & unum timeri: uni quoque multos timendos eſſe.*

Q. *Tranquillum* Orbem *non fore, niſi pugnare pauci deſinant.*

R. *Paucos illos, Batavos eſſe, auſos olim vires Romanas provocare: ſed à bello in gratiam & amicitiam receptos.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

S. Nunc etiam ab armis ad conditiones, ſed æquas & benignas, veniendum eſſe.

T. Laudati, qui auctoritate id Regia agunt, ut æquæ & benignæ ſint, robuſtæ & ſalutares.

V. Epilogus, ſpei metuſq; æquilibrio oſtendit, quietem periculo, pacem bello potiorem eſſe: benevolentia magis, quam violentia haberi.

X. Induciarum pacta bona ſtabilienda eſſe: non aliter felicitatem populorum, non Regis ſtare.

Y. Hanc Stateram eſſe, & Sapientiſſimi Viri Io. VVOVERII *judicio ſubmitti.*

Z. Voto publico Pax expetita.

SALLVSTIVS.

SCio ego, quam difficile atque aſperum factu ſit, conſilium dare Regi, aut Imperatori, poſtremo cuiquam mortali, cujus opes in excelſo ſunt: quippe cum & illis conſultorum copiæ adſint; neque de futuro quiſquam ſatis callidus, ſatiſq; prudens ſit; quinetiam ſæpe prava magis, quam bona conſilia proſpere eveniunt: quia pleraſque res fortuna ex libidine ſua agitat.

ERYCI PVTEANI

BELLI ET PACIS STATERA,

QVA

INDVCIÆ,

Auſpicio Regio

Inter Provincias Regias & Fœderatas tractari cœptæ, expenduntur.

QUando omnes paſſim loquuntur ac deliberant, optimum à mutis & mortuis conſilium eſt. Homines quoque ſi taceant, vocẽ invenient libri; & quæ nemo dicit, prudentiſſima Antiquitas ſuggeret. Nunc verò res quæ agitur maxima, & quę fortunas ſalutemque ſpectat omniũ, ſilentium ubiq; abſtulit. Suo quiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

que judicio privatim expēdit, quæ tractari audit publicè; promit opinionem, ut & loqui publicè videatur. Quid agis igitur Prudentiſſime, & tuo major ævo, WOVERI? ut & ego in numerum veniam, unuſque è multis ſim, ſi dicam unus, quæ multi? Peccare malo, quàm aut affectum meum non proferre, aut tuum nō ſequi, qui ſplendidiſſimum à bellis titulum ſalutaribus ad Pacem conſiliis conſtanter & ardenter dirigis. Dicam pauca, ne ſolus tacuiſſe videar: dicam mea, non tam rerum uſu collecta, quàm lectione ſtudiiſque litterarum obſervata. Mea, ut tua fiant, &, ſi fortaſſis aberrantia, vel caſtiges liberè, quod judicii tui erit; vel benignè excuſes, quod amoris.

Belli & Pacis, ut ſic appellem, *Stateram* formo, tempori aptam, examini commodam; quâ Inducias felici-

feliciter tractari cœptas, neceſſitatis præſertim prætio æſtimem, cui innexa utilis honeſtique ratio ſuo promiſcuè pondere libramentum directura ſit.

B. Inter pleraſq; Europæ & Orbis Chriſtiani provincias, genio, ac ſitu, omnique laude Belgicæ naturam ſuam extollũt: ſed longo bello, velut morbo, tam graviter affectæ ut aliarum undique ad ſe mala traxerint, & calamitate quoq; nobiles ſint. Semina miſeriæ, interna diſſidia, quæ in fœdera deinde & arma eruperunt. Vario Marte certatum eſt, in Regem, & pro Rege. Pars libertatem neſcio quo fervore ſibi aſſerere, pars obſequium cõſtanti fide profiteri. In ipſis, ut ſic dicam, aquis excitato incendio, hauſerunt flammę quicquid remedii eſſet: cumque majori fiduciâ, quàm curâ ageretur, non alium fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

nem bellum habuit, quàm ut tra-
ctum ſit. Laſſa tandem utrimq; ar-
ma, Induciis, ſed brevibus inter-
quieverunt. Rediit furor, adeoque
reſumpto velut ſpiritu, in novam
calamitatem recruduit; ut fœde-
ratæ vires, quia parvæ, plus ad vi-
ctoriã curæ attulerint: Regię, quia
longinquę, & ſic tardæ, imò ut plu-
rimùm inutiles, non potuerint niſi
in alimentum belli erogari. Ergò
tantum in una propemodum pro-
vincia auri conſumptum, quantum
Europa vix tota deglutiret. Militia
ipſa, quia ſexaginta & amplius an-
norum morâ conſenuit, ſine fructu
victoriæ, florem quoque diſciplinę
amiſit. Hoſtes ſua vitia habent, &
nos noſtra: majora etiã, quia ma-
jore ſumptu & mole pugnamus.
Prorſus tanquam utrimque videa-
mur ad quietem trahi: utilitate di-
cam, an neceſſitate? conſilio, an
peri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

periculo? Expendam ſingula, argumento magis quàm ordini inhæſurus; nec ut orator, ſed potius ut conſultor: nunc bona, nunc mala, ſuis momentis; nunc mala, nunc bona. Pacis bona, belli mala, eâdem quaſi trutinâ; ut ſi intelligere mala belli incipimus, bona Pacis, & hinc Induciarum æſtimemus.

C. Hactenus quidem, quia ardua ac dubia fuerunt omnia, ſub ipſo armorum onere intelleximus reſpirandum eſſe: & ſemel Induciæ placuerunt, ut redire poſſent, uſu teſte, Minervam Marte meliorem eſſe, togam ſago, amorem odio, ſudum tempeſtate. Nullo, ut puto, elogio opus, ut res à Deo, à natura, ab ipſa nobis ratione commendata, in pretio ſit: PAX eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

---- Pax optima rerum,
Quas homini noviſſe datum eſt: pax una triumphis
Innumeris potior: pax cuſtodire ſalu-
Et cives æquare potens. *(tem,*

Quid ulla Muſa ſuavius? Auro ſaluberrimi hi verſus, non atramento; ſceptro, non calamo ſcribendi ſunt; ut à Regibus populiſque publicè legantur. *Omni quippe Regno* (Theoderici Regis apud Caſſiorum monitio eſt) *deſiderabilis debet eſſe tranquillitas: in qua & populi proficiunt, & utilitas gentium cuſtoditur. Hæc eſt enim bonarum artium decora mater; hæc mortalium genus reparabili ſucceſſione multiplicans, facultates protendit, mores excolit: & tantarum rerum ignarus agnoſcitur, qui eam minimè quæſiſſe ſentitur.* Sed ſi nihil melius Pace, peſſimum ſanè bellum eſt, omnis & fundamentum & munimentum mali. Bellum, inquã, eſt ſem-

ſemper malum; peſſimum, cùm extenditur. Semel igitur nuper Induciis interruptum, ut brevi pacis uſurâ ærumnarum intervallũ eſſet, ſcirentque populi, quo bono ab Optimis, & quiete digniſſimis Principibus, *Alberto & Iſabella Clara Eugenia* regerentur: quo jure Optimi regerent. Bello glorioſi erant; ſed maluerunt Pace, tanquam benigna quædam numina, ſalutares eſſe, magnitudinem ſuam felicitate ſubditorum æſtimare. Grave igitur comparatione quietis bellum viſum eſt; gravius etiam, poſtquam rebus intempeſtivâ legatione turbatis, quaſi poſtliminio reductum.

D. Sed ego, ut omni ſermone bellum excludã, Pacem Inducias vocare amo, Inducias Pacẽ: ſiquid diſcriminis eſt, ſpatio definitur. Pax brevis & ſequeſtra, alio nomine Induciæ ſunt, Induciæ longæ

nihil à Pace differunt. An expetẽdæ, hinc vel maximè jam licet ſtatuere: Dolent omnes, & uno affectu dolent, interciſas eſſe. Audiantur voces, ſuſpiria, gemitus. Etiam lacrymæ fluunt, tanquam ſanguinem denuò effuſum abluant. Ergò quæ tandem cõſilia capienda ſint, ipſa populorum vota indicant, aliquem ſaltem poſtulantium belli finem, Pacis nomine; aut ærumnarum intervallum, ſi facilior Induciarum ratio eſt.

E. Homines ſumus, non feræ, ad humanitatem & manſuetudinem nati, quæ Pacis ſive mater, ſive alumna eſt; infeſta bello, quia cum violentia, ſævitia, rapina conjungi nequit. Pax ut ſic dicam virtus eſt; bellum ſcelus: Pax ſanitas, bellum morbus. Pace enim vigent bona omnia ut felices & florẽtes ſimus; bello mala, ut miſeri & infelices.

Pace

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Pace homines ſumus, bello Barbari : non homines, ſi belli cauſsâ bellum gerimus, & brevem vitam, in longam pugnam commutamus. Non ego damno penitus ac rejicio arma; cùm ſciam, pacis cauſsâ neceſſaria interdum eſſe, & tanquam inſtrumenta uſurpari; ſed examino, an bona & utilia ſint, & ad Pacem tendãt. Sumi faciliùs poſſunt, quàm poni: ſumi jure poſſunt, injuriâ exerceri. Sed quorſum luctari ſemper, ſi non aliquando vincimus? navigare ſemper, ſi nullus portus eſt? ire ſemper, ut à quiete longiùs recedas; Per bellum ad Pacem via eſt, & *Sapientes*, ut Salluſtius ait, *pacis cauſsâ bellum gerunt, laborem ſpe otii ſuſtentant*. Quæ noſtra verò conditio? bellum belli finis eſt, labor laboris. Per calamitates ad calamitates pergimus, & non vincere melius aliqui putant, quam non

non pugnare. Tragici voce queri lubet:

Si æterna ſemper odia mortales agant,
Nec cœptus unquam cedat ex animis
furor;
Sed arma felix teneat, infelix paret;
Nihil relinquent bella: tum vaſtis ager
Squallebit arvis, ſubditâ tectis face
Altus ſepultas obruet gentes cinis.
Pacem reduci velle, victori expedit,
Victo neceſſe eſt.

F. An fallo? ſed nec fallor. Noſtræ nobis ſeditiones bella ſunt, plura hactenus, & timēda ſemper, niſi ſemel tandem deſinamus hoſtes habere. Cæterum communia mala peculiari modo noſtra ſunt: quot obſidia, tot urbium funera; quot pugnæ, tot hominum laniénæ; quot agmina, tot ruris ſupplicia; quot turmæ, & catervæ, cohortes, & acies, tot furiæ ad exitium agrorum & hominum armatæ. Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

bellum, ſed magis Belgicum, non poteſt ſine rapina, cæde, incendio, vaſtitate geri. Hæ Regum Principumque lites ſunt, ſed ſanguineæ; nullæ tam juſtæ, quin injuſtæ, ſi æternæ fiunt. Pertinacia facit, ut aliquid ſemper in armis iniqui ſit, etiam cùm iniqua ipſa non ſunt: magis autem incipiunt arma eſſe, cùm inſtrumenta crudelitatis fiunt. Malis ſi moram addis, bis mala ſunt. Bona ipſa, quando corrumpi incipiunt, mala fiunt. Cauſſam belli cum calamitas vincit, & plus damni quam æqui eſt; plus etiam ſævitiæ, quàm belli erit. Si nec poſt LX annos armorum feriæ ſunt, quando erunt? Res omnes, cum modũ excedunt, vitium induunt: bellum cum diutius durat, exitium eſt, & in vulnus gangræna fœdum abit: tempeſtivè compoſitum, noxam aufert, omnemque ſimul cicatricis defor-

deformitatem delet. Sed noſtrum hoc, quia longum, ſævum, indomitum, non poſſum niſi incendium, ac diluvium appellare: creſcent damna, niſi quamprimum remedia ſint, & ſerpentibus adhuc flammis aquiſque impedimenta & repagula obiiciantur. Imò noſtrum hoc, quia Civile, plus quàm bellum eſt; quod quemadmodum majoribus odiis geritur; ita præter arma ſævitiam aſſumit: verè cruentum, quia ſanguinem æſtimare deſiit.

-- Quem das finem Rex Magne laborum?

G. Horreat ſermo, ſi ad tabulam & memoriam, clades, funera, & quantum mali invectum eſt, revocem. Homines, & ipſi agri gemũt, populi, & urbes, pacemque à Clementiſſimo Rege precibus & votis flagitant: otio & quiete digni, quia tam ſævam tempeſtatem tam patien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

tienter tulêre. Pietatis munus eſt, otii ac quietis cauſſam ſuſcipere; ut ſi malis modus non ſit, ſit ſumptibus, qui omne jam belli pretiũ, & quicquid bello petitur, excedunt. Ærarium maximum, & quod fundo caret, exhauſtum eſt. Theſauri pænè innumerabiles profuſi: laſſa liberalitas, & adhuc miles eget; hoſti ſimilis, & urbibus agriſque infeſtus Regiis, quia arida & ſicca ſtipendiorum vena eſt. Neceſſitas legem non habet: neſcio tamen fœdiori flagitio ad rapinã, an dedecore ad mendicitatem ſtipendiarii Regii, Martis alumni, veniant. Ut concedam corrigi hæc poſſe: quid paucis tamen inſulis omnium Regnorum vectigalia ac tributa impendunt? Si rectè calculum ponimus,

Vix tanti fuerat Civilia bella moveri:

imò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

imò ſi ponimus, vix tanti victoria eſt; & adhuc pugnamus?

H. Vires quæ ſuperſunt, tempeſtive fovendæ ſunt, ne penitus deficiant: fovendæ pace; bello enim imminutæ. In extremis conſilia etiam neceſſitate honeſta fiunt; ac ſinuanda vela, cum tempeſtas jubet. Omnia maris mala naufragio minora ſunt: & *gubernator*, ut aureis Curtii verbis utar, *ubi naufragium timet, jacturâ quidquid ſervari poteſt, redimit.* Igitur nō quid ſpecioſum dictu, ſed utile factu, æſtimandū eſt. Hannibalis apud Livium verba audiamus: *Melior tutiorque eſt certa pax, quam ſperata victoria. Illa in tua, hæc in Deorum manu eſt.* Ut reliquus ſine impedimento regatur Orbis, quies uni alterive detur Provinciȩ. Qui omnia quaſi poſſidet, ſine exiguo dives eſt. Et quantillum mundi angulum Fœderati tenent?

Philip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Philippus, ſine Batavia *Philippus* eſt, id eſt, Maximus;

Imperium Oceano, famam qui terminat aſtris.

I. Hujus illi ut potentiam venerentur, quamvis victoriæ propiores, tranſigere parati ſunt; Princeps *Auriacus* ipſe, quem fortiſſimum prudentiſſimumq; militiæ ducem habent, qua magnitudine animi, ea moderatione, etiam belli gloriam Pacis conditionibus ſubmittit. Quid obſtaculi igitur? Iræ in lenitatem vertendæ ſunt, ut virtuti famæ Regiæ liberum ſpatium detur: ignoſcendum paucis, ut multis parcatur. Nos illi multi ſumus, qui ſubditi; & ad ruinam primi, ſi novum Martis onus rebus multum jam depreſſis incumbat. Pauci, hoſtes; à culpa jam longinquiores, quamvis hoſtes, & majori impetu agant. Nam auctores belli, vel

bello

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

bello extincti ſunt, vel ſuo vivere fato deſierunt: reliqui, tanquam in armis & libertate nati, cauſſam ad ſe derivatam bello tutati ſunt; ſed ne caderent, omnium ferè Principum & Rerumpublicarum viribus pugnarunt hactenus, & adhuc pugnant. Dixerim, amplius in Regem noſtrum qui dederunt auxilia, quam qui acceperunt, peccaſſe; qui inſtigarunt, quam qui irruerunt: quippe unde vires, victoria venit: ſed qui fortes fuêre, viribus uſi ſunt. Quid igitur? Rectius

—— Quæritur belli exitus,
Quàm cauſſa,

Non jam quomodo hoſtes facti, ponderandum eſt; ſed quomodo Amici poſſint fieri, & auxilium ſocietatemque aſſumi. Hoc ſatis: ad Inducias, vel ſi non ſuſpendere modo bellum, ſed extinguere placeat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

ceat, ad ipſam Pacem accedunt, firmiori fide ſe juncturi Regi, quã robore obſtiterunt. An invicti ſint, fortuna diſputat; ſed agnoſcunt ſe vinci poſſe, quia dexteras etiam armatas concordiæ porrigunt: Rex autem majeſtatem ſuam magis benignâ Pace, quam cruento bello vindicabit. Pyrrhus, ille Epirotarum Rex, generoſus hic fuit, qui Ennii ore regalem ſane, & dignam Æacidarum genere ſententiam protulit:

Quorũ virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum eſt.
Dono ducite, doque volentibus cum magnis Dîs.

Tantum uni conceſſum populo, quem fortem ac timendum, rebus etiam adverſis, virtus militaris fecerat. Conceſſum à Pyrrho, bellatorum maximo, & Epiri, Theſſaliæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

liæ, Macedoniæ viribus, Campaniæ, Apuliæ, Lucaniæ ſubſidiis pugnante. Illius quoque invictos Romanorum animos mirati, Floro referente, vox fuit: *O quam facile erat, Orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis!* Sed profecto toto quamvis Marte ſubnixus, & novus Alexander habitus, imo Aquila nominatus: non potuit tamen, quia pace caruit, Magnus eſſe: victus & fugatus ab iis, quos vicerat, excedere Italia cum reliquiis copiarum coactus eſt.

K. Huc redeo, & prorſus æquum cenſeo, univerſæ, quamquam diſſectæ, habendam eſſe rationē Belgicę; ne membri culpam reliquum cogatur corpus luere, & una provincias omnes cauſſa immerito obruat. Perverſo una aut altera conſilio, quaſi furore, iram Regis

& bel-

& bellum provocavit? plures gratiam obſequio, pacem fide promeriti, integram ad ſe benevolentiam trahunt. Qui peccant, & non peccant, homines ſunt. Non quos poſſis perdere, Rex Magne: ſed quos ſervare debeas, expendens; & aliquos fines non tuos eſſe, ut plures habeas: Pacem non tuis daturus, ſalutem tuis, nullo quidem victoriæ præmio, magno gloriæ; quod luculentiſſimum ab utriſque auferes. Vincere paucos poſſis, qui multos regis: ſed parcere ſi malueris omnibus, longe major eris. *Bellorum egregii fines*, ut cum Tacito dicam, *quoties ignoſcendo tranſigitur*. Tam tui, quam non tui, tui ſunt: alios imperio, alios titulo complecteris. Belgæ ſunt, ut ſcias tuos eſſe: & Belgarum manes Princeps, bello an pace utaris: ubique potens, qui orientis & occidentis termi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

terminos circumducta gloria tenes; alibi dominus, hic pater; alibi ſceptro, hic affectu imperans. Nimirum alia Belgarum, alia aliorum conditio eſt. Apud Belgas, ubi minus ſervitutis, plus obſequii eſt: alibi libertas ferociores reddit. Hinc etiam facilius duci ingenia Belgarum queunt, aliorum cogi; & ſequuntur facilius, qui ſervile putant, cogi. Infelix ſane, & miſerandum bellum eſt, quo plus Amicis, quam hoſtibus nocetur: ut non vincere hoſtes melius putẽ, quam Amicos perdere: ſervare Amicos, ne vel hoſtes ſint. An Cothurnus Octaviæ fallit?

NERO. *Extinguere hoſtem, maxima eſt virtus ducis.*

SENECA. *Servare cives, major eſt patriæ patri.*

Altera Neronis in Tragica ſcena vox eſt, & hoc ſatis, ut ſæva & iniqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

qua ſit; altera Senecæ, & quid niſi ipſius Sapientię oraculo formata?

L. Rex pater eſt, Patriæ vulnera Regis ſunt: non poteſt Patriæ fortuna à Rege ſeparari. Hic ſentit, quicquid illa malorum ſuſtinet: ideo enim pater eſt. Sentit Ærario, nimis ſumptibus debilitato; ſentit nomine, ſiniſtra belli fama imminuto; ſentit toto imperii corpore, quod à cladibus Belgicis quodammodo languens, tempeſtivo otio ac fomento indiget. Tota quidem belli fortuna, nequid diſſimulem, varia fuit: propitia interdum & proſpera, ſed ut gravius premeret: & dejecti ſæpius hoſtes, ut à caſu fortiores ſurgerent. Facilius enim frangi vires, quam animi potuerunt: qui quamdiu ſuperſtites erant, novum ſemper ad rebellandum adferebant robur. Adferent quoque, & novum ſemper à vici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

nis, ut dixi, Principibus derivabunt. Hi Hiſpanæ gloriæ ac nomini, fœdere Amici, damno hoſtes, Batavorum manu & virtute infeſti ſunt; cauti callidique, in alieno bellum ſolo gerere, ut à ſuo excludant. Ergo plus ſimul omnes poſſunt loci fiducia, quam unus; & plus ab omnibus damni eſt, quam præſidii ab uno. Sed pudet effari: in ſpithama, imo puncto terræ, Europæ totius bellum eſt. Et miramur durare poſſe? Non abſimili quidem ratione (ut ad imaginem veniam) omnes in mare amnes influunt, & mare fiunt. Quis igitur naturę modus, quæ artis induſtria, ingenii dexteritas, tam vaſtum, & ſemper ſibi ſimile elementum exhauriat? Claudantur fluviorum oſtia, reprimantur aquarum ſubſidia, ut quod fieri non poteſt, fiat: id vero ſi mortalium conatus &

cogi-

cogitationes excedit, cum mari & Neptuno pax ſit. Trahit ille quicquid ubique aquarum eſt, & tanquam moveat omnia, undis inſurgit, turbinibus fremit, tempeſtatibus bacchatur: nullius jam littoris patiens, etiam terræ infeſtus eſt. Refert Naturalis Hiſtoriæ ſcriptor, *Mare omne oleo tranquillari. Et ob id urinantes ore ſpargere; quoniam mitiget naturam aſperam, lucemque deportet.* Ex olea oleum; illius enim ſuccus eſt. Olea mitiſſimæ Palladis & arbor & fructus eſt, Pacemque notat, ſed bello meliorem eſſe. Cedat rurſus Neptunus Deæ, quæ Athenis nomen dedit: cedat unda oleę, arbori mare. Oleo opus, Pace, vel Induciis opus, ut ſedeant & ſubſidant fluctus noſtri, ſternatur mare, nulloque infame naufragio ſecuras merces in quamcumque Orbis partem tranſmittat. Prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

componendi nimium jam diuturni hi tumultus ſunt, ne in graviora tandem mala, &, quod Deus avertat, totius ruinam magnitudinis trahentia, erumpant. Componendi, inquam, ut reliqua aliquando Europa, quæ hinc turbatur, Iani velut clauſo limine, conquieſcat. Noſtra tranquillitas omnium felicitas erit; Pax noſtra, Regis ſecuritas. Glorioſum æſtimari debet, quod tutiſſimum eſt: tutiſſimum autem, non pugnare.

M. Ut hactenus quidem longa mutuaque bellum clade ductum eſt, utræ victoris, an victi partes ſint, dubia adhuc lance pendet. Cæca fortuna eſt, quæ cum favet cæcos reddit. Sed proſperis rebus ſe non exoculari hoſtes oſtendunt; ad Pacem & concordiam faciles, poſtquam felicia recenter arma experti ſunt. Atque hoc eſt vincere,

cere, modum felicitati ponere, & ſuſpectum habere, quicquid ab eventu pendet. Frangi vires ſciunt, cum extendi incipiunt: non maxima acquirere, ſed moderata regere tutiſſimum eſſe: ne plura (quod avidorum eſt) capiant quam contineant. Bono ſic quidem ad conſilium exemplo præeunt, concordia finire bellum parati, poſtquam proſpere geſſere. Non urbes, ſed provinciæ totæ uno impetu, & una æſtate raptæ ſunt: & ecce, qui ad plenioré etiam victoriam properant, conditiones amplectuntur. Nempe Induciarum avidi, paciſci, licet pugnent, cupiunt; terminare victoriam, ut ærumnæ deſidant.

N. Sapiunt profecto, ut & nos iiſdem ſapere conſiliis moniti velimus. Plures enim omni ævo Reges & populi, quia Pacem, ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

faſtu, ſive virium fiducia, aut fortunæ aſpernati, fœdo hoſtibus exitu, etiam invalidis ludibrio fuerunt. Corinthii, ut eſt apud Thucydidem, inſtructa claſſe Epidamno imminentes, cum à Corcyrenſibus ad pacem miſſo caduceatore invitarentur, in certamen obſtinato conſilio deſcenderunt. Quid dicam, niſi irritatam fortunam fuiſſe? Victi ſunt, & in fœdiſſimam fugam cum ſtrage converſi; graviſſimam univerſæ Græciæ calamitatem invexêre. Non feliciores Athenæ, duras à Lacedæmoniis admittere conditiones bello coactę, quia æquas pace rogatæ, ſpreverant. Vinci meruerunt, quia nolebant niſi ſuperbè vincere. Martis Urbem mirari ſoleo: Marte, ſed nimis tum ſuperbo periit. Bello Civili inter Cæſarē & Pompejum excitato de Republica agebatur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

non ut ſalva eſſet, ſed utri cederet. Omnia Cęſar egit, ut odia & arma ponerētur: contra Pompejus, tanquam validior, & toto fultus Senatu, unam in victoria Pacem collocare. Sed pugna punivit pertinaciam. Victus, & in fugam conjectus, qui Magnus appellari meruerat, non tam felix fuit, ut cum exercitu & libertate occumberet: quaſi nomen ſimul cum fortuna exueret, miſere viliterque periit, mancipii (quod extremum eſt) Ægyptiaci arbitrio jugulatus. Paſſim ejuſmodi exempla ſunt vetera & nova: nec ullus propemodum triſtioris belli eventus fuit, qui non contēptæ aut neglectæ Pacis cauſſam habuerit. Concordiam velle, felicitatis initium eſt: neque male adhuc pugnatum eſt, ſi ad conditiones deſcendimus. Faciles eſſe, qui feliciores videntur, quanti

momenti! oſtendunt enim ſe bellum noſſe, qui pacem præferunt; mutari poſſe, quæ fortuito ſucceſſu blandiuntur.

O. Sed nos ipſa quodammodo Fortuna monet, ne, patefacta ad Inducias via, neglexiſſe benignitatem numinis videamur. Si ira aut ſpe extollimur, expendendæ vires ſunt, an victoriæ ſufficiant. bellum enim ſine victoria ærumna eſt: victoriæ fructum Pacem habemus. Sed ponamus, integras illas promtaſque eſſe: regendæ ſunt, aut ne vires quidem ſunt: regi autem non poſſunt, niſi ad legem & diſciplinam militia jam collapſa redeat. Ab ægro corpore quæ munia exigas? Plus cum exercitu, quam hoſte negotii ſit. Hic autem noſtra interdum ſeditione, plerumq; negligentia vincit: animoſior, quia extra aquas & palu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

des fortis nuper apparuit; parvis copiis magnis auſus reſiſtere, tanquam nihil ad victoriam numerus faciat. Sed quid? ubi plus fortunę, minus jam ferociæ eſt; ubi plus victoriæ, minus ſuperbiæ. Ecce ad fidem, ut dixi, malunt conſilio plerique, quam ad prædam manum extendere; paciſci, quam collidi. T. Quinctii apud Livium verba inſigniter huc faciunt: ſed utris potius uſurpanda? *Pacem, etiam qui vincere poſſunt, volunt: quid nos velle oportet?* Hæc ſumma eſt, poſſunt vincere, qui pugnare audent: ſed malunt non pugnare, ut Fortunam Pace firment. Ergo Regis noſtri amicitiam, mutatis animis, & ſocietatem æſtimant; ut poſtquam ſtrenui fuere, tuti ſint, & aliorum ſimul bella excludant.

P. Regis, inquam, noſtri; quia Maximi, quia maris domini: mari

enim niſi fruantur, non ſe putant tutos eſſe, non vivere, non ali. Vtriuſque ſe quaſi natura elementi incolas eſſe? malè vim exerceri: Orbem univerſum tanquam unã claſſibus inſulam cingere; domi cingi. Pace hæc corrigi omnia: unos uni, ubique dominanti timendos eſſe, ſi hoſtes ſint; fovendos, ſi amici: amplius à ſubditis nec præſtari, nec exigi poſſe.

Q. Quęrunt igitur domi Pacem, ubique daturi: ut ſi in aquis ſuis quieti, quadam velut pacti vicẽ tranquilla in Oriente & Occidente maria ſint; ubi arma fuerunt, libera commercia vigeant; jure ſuo, ſine impedimento, Rex utatur. Præſtat profecto unam Bataviam pacatam eſſe, quam maria omnia, omneſque inſulas infeſtari: imo unam Bataviam Regis non eſſe, ut labe & lue belli tota po-

teſtas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

teſtas liberetur. Aurum argentumque ex America tuto in Hiſpaniam itinere ſubvehi, Pacis pretium eſt. Quamdiu hoſtes erunt, rapi theſauri poterunt. Salvi perveniant quoque; bello tamen, hoc inquam Belgico, hoc voraci, conſumentur.

R. Tantum gens una poteſt, imo tantum una olim potuit, Romanos ſub Veſpaſiano Cæſare potentiſſimos auſa longo, acri, & periculoſo bello fatigare. Batavi fuere, & tanquam adhuc pugnent,

Non aucupantes bellum, ſed belligerantes.

Poſt arma Pax placuit, & quorum virtus formidoloſa erat, amicitia quæſita. Civilis dux belli & auctor fuerat primus in gratiam receptus. *Gens ipſa Amici & Fratres Romani Imperii facti.* Qui honos etiam lapide expreſſus eſt:

GENS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

GENS. BATAVORVM. AMICI. ET. FRATRES. ROMANI. IMPERII.

Accedit Taciti prudentiſſimi Hiſtorici elogium: *Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſticâ in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani Imperii fieret. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantum in uſum præliorum ſepoſiti, velut tela atque arma, bellis reſervantur.*

S. Sed profectò Romanâ virtute jam & potentiâ Hiſpani ſunt, Veſpaſianus *Philippus* eſt: non poſſe bellum niſi Pace finiri, tam luculento exemplo docemur: finiendum eſſe, jura divina & humana cogunt. Non poteſt armis: ergo condi-

conditionibus; quæ qualeſcumq; erunt, armis tamen meliores erunt, quia ſalutem includent:

T. Sed ne ad iniquitatem veniant, tractantium jam induſtria, prudentia, pietate cautum eſt: tractant enim, quia cautum. Si gloriam vero merentur, qui fortiter bellum gerunt: majorem certe, qui feliciter finiunt, qui tempeſtatem in malaciam, noctem in diem, luctum in lætitiam commutant. O magna, & victura ſemper in Annalibus nomina, quibus Pacem Belgæ debituri ſunt! Peragite, O ſalutis publicæ ſequeſtri, & jam cœlo digni, non humanum, ſed divinum opus. Veſtro beneficio, alius fortunas, alius patriam, omnes vitam ac ſpiritum accipient: intelligent omnes, parta Pace, felicitatem ſuam cum quiete publica conjunctam eſſe.

V. Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

V. Pacem, tanquam optimam, laudo; Pacem, tanquam utiliſſimam, ſuadeo, & omnibus belli conſiliis poſthabitis, ineundã eſſe. Pace ad ſalutem ſurgimus, bello perimus. Dum licet, obviam fortunæ eundum eſt: plus minatur mali, quam dedit: & quos concuſſit, poteſt evertere. Præſtat ſecuros, quam animoſos eſſe. *Nemo adeo*, monente Tacito, *in arma promptus, ut non idem pretium quietis, quam periculi malit*. Aliquando non habere hoſtes, victoriæ genus eſt: fieri Amici poſſunt, ſi hoſtes eſſe deſinant, quando odia beneficiis ſopiuntur. Ut equi, ſic homines ſunt: generoſiores vim recuſant. Armis quid opus, ſi conditionibus finiri bellum poteſt: quid calcaribus & ſtimulis, ſi poppyſmata & blãditiæ ſufficiunt; Bucephalum, vel ſimulacrum ejus videamus, pulcherrimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

mum & ſuperſtes in monte Quirinali Phidiæ & Praxitelis opus: hac induſtria ille ſedecim, ſi Pliniũ audiamus, vel tredecim, ſi A. Gellium, talentis emptus equus domari, & eodem in pignus certaminis pretio potuit. Nempe plus ingenium Alexandri belluam mulcentis, quam vis & ſeveritas agaſonum caſtigantium effecit. O pulchra igitur & opportuna verba!

---Peragit tranquilla poteſtas,
Quod violenta nequit; mandataque fortius urget
Imperioſa quies.

X. Sed ſint blanditiæ, abſint fallaciæ: tolero, ut ſic dicam, poppyſmata, damno fraudulenta. Fiant, fiant Induciæ, ut bona fide miſeriæ profligentur. Maximi hoſtes, calamitates publicæ ſunt; optima cõſilia, malorum remedia. Vertamus omnia, tentemus ſingula: bello

care-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

carere, pulcherrima bellandi ratio eſt, tutiſſima victoria. Cedant arma togæ, cedant arvis & aratris, aut in hæc mutentur. Pulchrius vomer, quam enſis ſplendet; bidens, quam haſta: melius ferro vervacta agrorum, quam agmina agricolarum proſcinduntur. Alterum belli ſcelus, alterum Pacis beneficium eſt. Colantur rura, ſatis jam ſanguine ad fertilitatem imbuta ſunt; navigentur maria, ſatis claſſibus turbata ſunt: vigeant commercia, ſatis latrociniis diſtracta ſunt. Reddent rura, maria, commercia Regi, quod bellum abſtulit: reddent populis, quod bello amiſerunt: denique quantum florebunt populi, Regi accedet. Hæc *Belli & Pacis Statera* eſt, ut ſuo Induciæ pretio æſtimentur:

Υ. Sed tuo, Optime ac Sapientiſſime Woveri, judicio, qui in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

bello, ſed ad Pacem natus, hujus mihi ſcriptiunculæ auctor exſtitiſti; Scriptiunculæ, ſed ſubitariæ, qua conſilia mea, imo ſilentia repræſento. Sunt conſilia, ſi Pax melior eſt: ſilentia, ſi bellum. Ampliusne excuſo? Cum nihil dixi, hæc tamen dixi: poſtquam loqui cœpi, omnium ore, omniumque voto locutus ſum. Pacem omnes, ſive longam, ſive ſequeſtram, ſed Pacem clamant, & ingeminant.

Z. Audiat Deus audiat Rex:
Nulla ſalus bello, Pacem te poſcimus omnes.

EXPENDI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Viro Magno & Amico

D. IO. VVOVERIO, EQVITI.

Ærarij Regij Aſſeſſori, à Conſiliis Belli,

ERYCIVS PVTEANVS S. D.

Perilluſtris Vir,

IAm ad aures meas rumor detulerat, in Bataviam te quoq; delegari. Quidni gratus? Non in tam arduis, ſed maximè ſalutaribus tuam ſimul prudendentiam & moderationem Reipublicæ impendi, ſalutare erit. Gaudeo igitur, rumorem humaniſſimis litteris tuis confirmatum eſſe, quas tanquam novam amoris teſſeram accepi. Non inquiro negotii modum, ne fortaſſis è ſacramento ſilentii moleſtus ſim: ſcio tamen cum dignitate cauſſæ Regiæ, & felicitate univerſæ Patriæ conjunctum eſſe: & qua non tempeſtate hactenus concuſſa? Optima tandem conſilia ſunt, inhibere potius cur-

curſum, & cedere maris violentiæ, quam in naufragium progredi. Longâ belli patientiâ nónne quietem Belgæ meriti ſunt? Votum meum eſt, ut ſalutis auſpicium tibi quoque debeant: ut feliciſſime pertractes quæ impoſita ſunt: imò ut lætus brevi, & nova cumulatus gloria revertaris. Vale. Lovanii, in Arce, IX *Kalend. Maji,* CIↃIↃCXXXIII.

Cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Clariſſimo Ampliſſimoque Viro

ERYCIO PUTEANO,

Conſiliario & Hiſtoriographo Regio,

IO. VVOVERIVS S. D.

Celeberrime Domine,

T*Vas mero amore, tanquam melle ſuaviter ſtillantes, ubi accepi, exhilaratus ſum.* De *Republica ſic loqueris, ut nihil ſalubrius ad vitam, nihil ad ſolatium efficacius, vel ipſa ſapientia poßit.* O *quidni in hunc ſenſum, ad hanc ſalutis publicæ uſuram, non privatim nos reficis tantum, ſed publico alloquio refocillas? Argumentum (audeo aſſerere) ingenio tuo dignum: medela, malis noſtris digniſſima.* Et *nónne hoc primarium* Philoſophiæ *munus, emendare errantes, erigere jacentes, animare ad honeſta tendentes? Ad quietem boni tendunt; ſic omnibus neceſſariam, ut*

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

nec eam aſpernari mali videantur. Ergo *animoſè, Vir Magne,* Rempublicam *ſermone aggredere, & ſalutis ſignum extolle, quod tunc venerabimur, quando* Deum *adorabimus. Ille ſolus eſt, ſolus auſpex eſt, conſultor eſt, rector eſt. Illius niſi ope, conſilio, viribus vigemus; labimur, & cæcutimus. Ergo ut jam incenſum animum tuum inflammem, tuo ore propitium* Deum *pronuncia, & hortare, ut* Pacis *patrem, & numen omnes ſequantur. Vale.* Bruxellæ, VI Kalend. *Majas,* CIↃ IↃ C XXXIII.

CEN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Censvra.

Opportuna Statera quæ Belli & Pacis momenta expendit, ſpe atque voto publicæ Quietis, publicari meretur. 29 Maji, 1633.

Mart. Lvenkens *S. Theol. Licent. & Profeſſ. Ord. Apoſtolicus ac Regius librorum Cenſor.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 F 12